



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Consultatio X. Umbra Divinitatis: quæ manifestat Excellentias magni S.  
Josephi sponsi SS. Virginis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**



CONSULTATIO X.

Umbræ Divinitatis, quæ manifestat Excellentias magni Sancti Joseph sponsi Sanctissimæ Virginis.

Curiosi & æceram gnari aspiciunt diversimodè imagines alicujus porticus.



Estinatio die com-  
pauimus sub pul-  
cherrimâ quâdam  
porticu, quæ to-  
ta permagnis ad-  
ornata erat imagi-  
nibus, sed tam raris, tamque ex-  
quisitis; ut omnes viderentur esse  
opera præstantissima celeberrimo-  
rum artificum. Primum totius  
conuentûs erat studium suæ satis-  
facere curiositati, inspiciendo &  
perlustrando omnia illa opera.  
dixisses, devorare hæc ipsos velle  
oculis, aded intentos se mon-  
strabant contemplandis illis. Non-  
nulli haud aliud agebant, nisi quod  
ultrò citròque curterent, abrepti  
vehementi hoc desiderio, quo  
plerumque tenemur, aspiciendi res  
raras ac insolitas; alij, quibus  
erant oculi magis acuti, magis-  
que gnari in rimandâ præstantiâ  
artis, uni soli intendebant operi,  
coram quo velut immobiles hare-  
bant statuz, cum otio confide-  
rantes illud, scrutabantur omnia  
etiam minimos penicilli admiran-  
dò ductus; in quibus mirificas  
deprehendebant venustates, quas  
non videbant alij.

Accessi quempiam illorum, quem aspiciebam magis, intentum  
considerationi cujusdam imaginis,  
representantis resuscitationem La-  
zari: An pulchra videtur tibi  
imago hæc? est sanè, inquebat  
mihi, admirabilis: Sed in quo  
credis consistere ipsius pulchritu-  
dinem? desuper planè idipsum  
dicebat mihi, quod legeram, in  
in Sancto Thoma, qui describens  
pulchritudinem hominis in subli-  
mibus commentariis à se elucu-  
bratis, super quartum Caput libri  
de divinis nominibus divini Ar-  
copagitz, asserit, quod essentia  
pulchritudinis consistat in tribus,  
primum est apta & concinna pro-  
portio partium corporis, quan-  
tùm ad figuram & quantitatem:  
Secundum est venustus ordo &  
dispositio, quantum ad situatio-  
nem & reciprocã membrorum  
convenientiam: Et tertium, quod  
omnem perfectionem confert duo-  
bus alijs, est certa quædam amor-  
nitas & vivacitas colorum, rubi-  
cundus quidam candor, & lepor-  
loquens oculis, qui certus est de-  
cor quem natura suo conferre po-  
test operi, ars autem in vanum  
nititur

Hominem pulchrum dicimus, propter decentem proportionem membrorum in quantitate & situ, & propter clarum & nitidum colorem.

Ita S. Thom. in 4. de divin. Nom. Lect. 5. Pulchritudo consistit in tribus.

nititur imitari, cum nunquam affectura sit illum: In tribus his consistit pulchritudo hominis.

Nonne cernis, dicebat mihi, quomodo omnia hæc perfecte concurrant in omnibus his figuris, rimare omnes, illarum videbis nec unicam, quæ non habeat, quidquid ad perfectam pulchritudinem potest desiderari: Aspice concinnam illam membrorum proportionem; venustum hunc ordinem, & convenientiam partium tam perfectam, situationes illas & actiones & gestus tam naturales, illam collorum, acrimoniam, illum vigorem, qui representat vultus istos tam vivos, ut loqui velle videantur. Tyrones non collimant ulterius, nisi ut tantum depingant exteriora, & hæc ipsa prorsus sunt mortua; sed pictores artis suæ apprimè periti exprimere quoque student motus animæ, affectusque internos. Nonne dicas figuras has omnes verè vivere, & aspiciendo illas, nonne legis, quid intus gerant in animâ? Vide attonitum prorsus illum præ admiratione: Vide abreptum gaudio illum alterum: Observa hujus sollicitudinem aspiciendi è vicino, dum putat se non videre, quod proprijs videbat oculis; considera profundam admirationem, stuporem ac silentium hujus alterius: Adverte mœrorem ac rabiem horum scribarum, horumque Phariseorum, qui ibi stant

retro: Intuere extasim & abreptionem bonarum harum fororum, & faciem Lazari conversam ad dominum nostrum, ubi exire velle videtur anima ad reddendum grates benefactori suo: Unico verbo, nonne aspiciendo has figuras, advertis internos motus animæ, haud difficulter divinans, quid velint effari.

Dum sic loqui destitit, adstitit nobis Raphaël & ductor meus qui se interim comitem adjecerat quibusdam alijs, alias imagines spectantibus, nobisque dixit, se credere, quod licet omnia pulcherrima & perfectissima sint in hisce picturis, nihil tamen tantæ sit dignum admiratione, quantum ipsarum umbræ. Quid inquis? itane sint umbræ, dicebam ipsi, totus attonitus, rerum ignarus, judicans id minimè considerandum esse in picturis? merito id dicunt, replicat alter, cum quo loquebar; verum enim est, illas pulcherrimum artis esse arcanum, maximamque notitiam peritissimorum pictorum, non consistere quasi, nisi in umbris, ad quarum tamen intelligentiam magna requiritur solertia, nec minor dexteritas. Quid est, quod tantam tribuit eminentiam coloribus planæ alicujus picturæ, vi cujus apparebit quandoque aliqua figura velut omninò separata, & prorsus extra picturam, alia defixa apparebit intus in

magnâ

Descriptio  
perfectæ  
imaginis.

Maxima  
imaginem  
pulchritu-  
do consistit  
in umbris.

Mund  
magn  
tura  
præse  
divini  
sed ni  
ostend  
nobis  
quam  
bras.

magnâ distantia, retrò alias: Aspicimus hos effectus, quos admiramur, eorum tamen ignoramus causam; umbræ sunt, quæ certis coloribus addunt splendorem, cuius habebant nimis modicum, & certorum aliorum moderantur acrimoniam, quâ abundabant nimium, magnus quidam pictor dicebat tyroni suo: Fac benè utaris umbris, & omne fermè arcanaum noveris picturæ.

Ex hoc, meus Raphaël, cui minimæ cognitiones terræ magnum accendebant lumen ad conspicendum illas cæli, quibus refertus erat, abreptus est in magnam quandam Spiritus elevationem, & facie in cœlum conversâ, voce admodum elatâ, quam divina tamen temperabat unctio, exclamavit: Ô magne DEUS, quàm es admirabilis in omnibus tuis operibus! Tu depinxisti temetipsum in toto universo, velut in magnâ quâdam tabulâ, ubi nostris exponis oculi tuæ imaginem divinitatis, infinitatûmque tuarum perfectionum. Sed benè adverto, quod mihi hic dicitur, excellentiam nempe operis tui præcipuè consistere in umbris. Siquidem imperfectiones inseparabiliter tuis affixæ creaturis, velut umbræ corporibus, melius ostendunt nobis adorandarum perfectionum tuarum splendorem: Id, quod magis sublime est in tuis operibus, non apparet oculis nostris, nec

R. P. Isaac Consultat. Tom. III,

etiam à nostris comprehenditur mentibus; sed hæc tua sunt mysteria, quæ incomprehensibilia sunt nobis: Et cum haud cognoscamus, adoramus illa, dum dicitur nobis esse hæc fidei mysteria, quæ cognitione nostrâ naturali non possumus penetrare. Jam quid sunt omnia mysteria tua, nisi umbræ & tenebræ, in quibus te collocas, ut te nobis abscondas, quatenus cognoscaris melius, dum non cognosceris, & majori adoreris cum veneratione in tenebris & caligine: Et hoc, uti opinor, est, quod dicunt Theologi, quod multò melius cognoscaris negativè, quàm affirmativè, quasi dicerent, quod melius videaris clausis oculis, quàm iisdem apertis, eodquod umbræ tuæ melius, quàm vivi & acres colores tui, nobis ostendant, DEUM te esse incomprehensibilem.

Sancti, quibus veluti picturis adornabitur ingens æternitatis beatæ Xystus, admiranda hæc gratiæ opera, quæ format in tempore, ut ex illis efformet vivas imagines Dei, admirandum nil magis habent, quàm umbras suas, Id quod abscondit illas, confert illis absque comparatione majorem splendorem, quàm id, quod profert vos in lucem: Quos veneramur ad hæc usque tempora ceu maximos Sanctos, maximè latebant in umbris ac tenebris. Aliquis S. Joannes Baptista accedat

M m

testis

Sancti nil habent, unde magis resplendeant, quàm umbras suas.

psal. 17.

celestis, qui nunquam non suo se-  
plius latebat deserto: Aliquis S.  
Joseph id confirmet, cujus vita  
tam parùm habet splendoris, ut  
serè nullam Evangelium de ipso  
faciat mentionem. Hæ umbræ  
quibus Deus circumfudit illos, ut  
eos absconderet velut se ipsum  
in tabernaculo tenebrarum; *posuit*  
*tenebras latibulum suum*, afferunt  
ipsis tam magnum splendorem,  
ut & cogitationes destituant ani-  
mum, & verba linguam, ad ex-  
tollendum illos condignis laudi-  
bus.

Lubens audiebam ultima hæc  
verba; incipiebam namque af-

fici tædio; non advertens præ-  
mâ fronte, quò deducere nos  
volebat cum umbris suis; sed hæc  
ipsius dexteritas fuit, quâ dispo-  
nere nos suaviter parabat ad au-  
scultandam Consultationem, quam  
animoolvebat, cujus ideæ &  
cognitiones cum singulares essent,  
requirebant parvam hanc animi  
dispositionem, ad bene intelli-  
gendum illas. Deduxit ergò ar-  
gumentum ex umbris, ad de-  
monstrandum nobis eximios splen-  
dore circa excellentias Magni S.  
Joseph. Et cum tota concio cir-  
ca ipsam adunata esset, ita co-  
pit profari ad ipsos.

## ARGUMENTUM.

*Videtur, Sanctum Joseph non esse creatum à Deo,  
nisi ut esset umbra divinitatis.*

### ARTICULUS I.

Luc. 1. v.  
35.

**D**omini mei; tanti vos om-  
nes æstimâstis umbras pi-  
cturarum istarum, velu-  
ti rem, quæ vobis maximè admi-  
randa videbatur in omnibus hisce  
operibus. Sed ecce longè excel-  
lentius vobis prodigium: Est ali-  
quis Sanctus, qui non esse vide-  
tur, nisi umbra, quâ uti DEUS  
voluit in exquisitissimo manuum  
suarum opere. Quando lego  
hæc verba in Evangelio: *Virtus*  
*Altissimi obumbrabit tibi*; id est,  
Altissimi virtus, erit tibi quedam  
umbra; videntur ea mihi omni-

nò plena, grævda, & referta  
laudibus Magni S. Joseph.

Angelus venit è cælo, & nun-  
tiat MARIE, quòd futura sit Ma-  
ter, quòd conceptura sit Filium,  
paritura sit illum, quòdque ille,  
qui nasciturus erat, futurus sit Fi-  
lius DEL. Intelligit ipsa per hunc  
Legatum, omnia ingentia Incar-  
nationis mysteria: Sed quamvis è  
lumine cæli omnem habuerit no-  
titiam, interrogat tamen, quasi  
tota admirabunda: *Quomodo fiet*  
*istud!* Quâ ratione videam me  
gravidam, quæ obstricta sum vo-

to nunquam violandi, sed perpetuò conservandi Virginitatem meam? sit verum, quòd ille, qui nasciturus est ex me, sit verè Unigenitus Filius DEI, qui cum natus sit ex Patre absque Matre in aeternitate, nasci volet ex Matre absque Patre in tempore? quis intellectus vel Angelorum vel hominum supportare poterit fulgurantem prodigii hujus splendorem? *Quomodo fiet istud?* Itane sit verum, quòd hic infans, qui nascetur infirmus, sit DEUS aeternus ac omnipotens qui creavit universum hunc mundum, qui in infirmitate sua solus reparaturus est omnes mundi ruinas? itane sit verum, quòd ipse redempturus sit mundum sub aliam legem, quam ipsemet condet & dabit illi, ipsùmque obstringet ad recipiendum eam? quis Monarcha totius universi non hærebit attonitus viso hoc prodigio? *Quomodo fiet istud?* sed itane & verum sit, quòd cælum descensurum sit in terram, & terra consensura in cælum, quando DEUS cæli erit Homo terræ, & Homo terræ erit Deus cæli, quòdque Deus hic & Homo hic nonnisi una eademque futuri sint Persona? an ejusmodi portentum non concutiat pavore omnes creaturas? *Quomodo fiet istud?* Itane sit tandem verum, quòd lex divina, quam dedit Deus Moyfi, mutanda sit in legem alteram, postquam approbata &

confirmata fuerat à cælo per innumera miracula; quòdque tota gentilitas, quæ dominatur quasi in universo orbe, sit abolenda, & omnes à facis suis ejiciendi dæmones? prò quantam rabiem accendent in inferno, quantam edent stragem dæmones in toto universo? *Quomodo fiet istud?*

Ecce procul dubio haud aspernanda tum pavoris, tum admirationis argumenta pro Virgine Sanctissima: Sed paucis verbis respondit ipse Angelus: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Verum est, omnia hæc prodigia esse tam stupenda, ut nullus intellectus supportando sit ipsorum magnitudinem, omnesque creature agerentur in stuporem, si comparerent in toto splendore suo: Sed non comparebunt, edquòd ingens quoddam velum expandendum sit super hæc omnia, quò obtegantur & subducantur cognitioni mundi: Deus ex operatione divinæ virtutis suæ adjiciat umbram vivis hisce & acerbis nimium coloribus, quibus nimius foret splendor pro infirmis oculis mortalium: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi;* & hoc velum, quòd operiet omnia; hæc umbra quæ abscondit omnia, erit Joseph purissimus sponsus tuus.

Veram est, quòd Pater aeternus futurus sit solus Pater infantis, qui nascetur ex te; quòdque is alium Patrem non sit habiturus

Mm 2

in

Magnam admiracionis argumentum pro Sanctissima Virgine. dicitur illi, quòd futura sit Mater DEI & permanens Virgo.

Luc. xi

S. Joseph est velum, quòd operiet eorum mysterium incarnationis.

Quanta gloria Sancto Joseph, quòd pater

bra sit Al-  
tissimi-

Matth. 13.

in terrâ nisi, Mariam solam, quæ erit & Pater & Mater ipseus, sed sub umbrâ, cum matrimonio sit jun-  
cta Sancto Joseph, id mundus non percipiet, crediturus, Infantem hunc non esse alium, quàm Filium Fabri qui & appellabitur  
Matth. 13. *Fabri Filius*: ô inestimabilem gloriam magni S. Joseph! ipse est umbra Dei Patris, ipse representat ejus Personam, respectu Filij ipsius Unigeniti; unde & vult portari ab ipso pro se & sui loco Nomen Patris; siquidem liberè & absque ullâ reservatione S. Joseph Verbi Incarnati nuncupatur Pater in Evangelio, eoque sit umbra Patris, & nobis videatur, quod umbra aliud non sit, quàm Corpus ipsum, cujus est umbra; hæc namque assumit ipsius figuram, sequitur ipsius motus; tandemque fatendum est, umbram vel esse nihil, vel aliud non esse, quàm speciem quandam reprodu-  
cti corporis, representantis se in umbrâ suâ: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Habes Sanctum Joseph, qui est umbra, quæ obvelabit magnam prodigium Dei. Hominis, quæque obstabit, ne constet id mundo.

Verum est, te Matrem fore, hocque non obstante, perman-  
suram Virginem. Si mundus sciret, te esse gravidam, idque non ex conjugæ tuo, sed ex alio, ita scandalizaretur ex eo, ut non solum omnem penes ipsum amitte-

res existimationem; sed insuper lapidibus fores obruenda juxta expressum legis mandatum à Moyse datum: Frustra enim & incassum diceretur, concepisse se ex operatione Spiritus Sancti, quia nemo id crederet unquam; imò maximum prodigium judicio mundi maximum foret flagitium, si exploratum haberet quid adum in te fuerit & impletum. Verum sub umbrâ, sub velo inquam matrimonij cum Sancto Joseph, nihil percipiet ipse videbit sceminam, quæ maritum habet, & cum marito filium, ex quo nil judicabit insolitum. *Et Virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Ecce umbram, quæ operit omnia, quæque maxima abscondit prodigia cognitioni hominum. Deus bone! quanta dignitas Sancti Joseph! quanta ipsi est gloria, quod existat umbra illæsum conservans honorem & vitam Sanctissimæ Virginis, quin etiam honorem Unigeniti Filij Dei, quem absque ipso crederent illegitimum.

Verum est etiam, quod Infans JESUS Deus sit Omnipotens, qui in aternitate formavit omnia maximi ponderis consilia quæ excuturus descendit in terram. O si constaret, qualis is esset, quidve machinaturus olim! Judaisme, si nôsses, ipsum venire, ad abolendum tuâ sacrificia, ad imponendum finem tuis figuris, ad demolendum Synagogam, ad

ædific-

Honor &  
vita Sancti-  
ssimæ  
Virginis  
protege-  
tur sub  
umbra  
magni S.  
Joseph.Umbræ  
S. Joseph  
impedit  
Judæos,  
gentiles  
demon-  
strans, ut  
agantur in  
furorem  
proximi  
ruinæ suæ

ædificandum Ecclesiam novam super rudera Ecclesie tuæ antiquæ: pro quanti te opprimerent angores? Gentilitas, si scires, venire ipsum, ut te destruat, ut silentium imponat cunctis oraculis inanum Deorum tuorum, illos eiciat ex ipsorum fanis, & omnia hæc sana tam magnifica & splendida, ubi divinos exhiberi sibi faciunt honores, adæquentur solo vel vertantur in Ecclesias: pro quanti te abriperet furor? Dæmones inferni, si sciretis, venire ipsum, ut vestris vos deprædetur spolijs, ut omnes eripiat homines è miserabili servitute, quæ implexi sunt per peccatum: quanta vos obrueret rabies? Si omnia vobis constarent mysteria Conceptionis & Nativitatis JESU è sinu Virginis Matris, metueretis omnia ipsius molimina, & commoveretis cælum & terram, ad subvertendum illa. Ipse venit absque strepitu, magna sua executurus consilia; ipse sub umbrâ Sancti Joseph, quem vos ipsius existimatis Patrem, abscondit illa, ita ut illorum nec minima vos moveat aut perturbet suspicio: Videbitis illa, quando illorum videbitis Executionem, antequam cognoveritis solum, hæc ab ipso fuisse suscepta: Et tunc cognoscetis stratagemata Omnipotentis hujus Reparatoris mundi, qui umbrâ fuerat usus obsequio, ad abscondendum vobis illa: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.*

Deus admovet omnes Sanctos ipsi, quæ sibi placuerint, ministerijs ac muneribus: aliquos ad instruendum populos suos, vel Doctores; nonnullos vel Pastores, ad gubernandum illos; alios ad replendum mundum bono exemplo & sanctæ vitæ odore, velut Confessores; & omnes ad dilatandum ipsius gloriam, unumquemque pro modulo & instituto suo. Sed Joseph Sanctus est omnino singularis, qui prædestinatus videtur ad ministerium prorsus contrarium: ad abscondendum nimirum ipsius gloriam, quando tempus nondum fuerat manifestandi illam mundo: Et quia majus est prodigium videre gloriam Dei velut annihilatam & involutam tenebris, quàm videre illam resurgentem Majestate ipsi connaturali (sicut stupendum magis est videre solem in tenebris, quàm in lumine) videtur Omnipotentiam Dei se magis demonstrasse prodigiosam in solo Sancto Joseph, quo velut umbrâ & velo voluit uti ad abscondendum gloriam suam in Nativitate suâ temporali, quàm in cæteris omnibus simul Sanctis, quibus usus est ad manifestandum illam mundo. Sic jure meritissimo condecoratur insigni hoc elogio, quod virtus sit Altissimi: *Virtus altissimi obumbrabit tibi.* O Magne Sancte, quis cognoscere posset magna consilia, quibus æterna providentia occupatur cir-

Munus 3.  
Joseph est  
rotum di-  
versum, &  
ratione  
quâdã ma-  
gis admi-  
randum il-  
lo cæterorũ  
sanctorum.



ca re! Quis discernere posset specialem illum characterem, quo insigniris, totum diversum ab illo, quo ceteri insigniuntur Sancti! Intueor te magnâ cum veneratione velut augustas & magnificas illas tenebras, in quibus Majestas Dei se voluit abscondere, uti asserit nobis Scriptura: *Posuit tenebras latibulum suum.*

Mal. 17.

Omnes personarum divinarum, absconduntur sub umbrâ Sancti Joseph.

Imaginare tibi totam Oeconomiam vel dispositionem mysterij Incarnationis velut magnam quandam imaginem, in quâ depictos videas Deum Patrem, Filium ipsius Unigenitum, Spiritum Sanctum, & MARIAM Virginem, & omnes has quatuor personas resurgentes totidem eximijs splendoribus, quot operatae sunt prodigia in hoc mysterio. Sed pro eo, quod opus sit aliquam adiacere umbram omnibus figuris, in picturâ quâdam materiali, eoque sine hâc non sat splendoris haberent aut eminentiæ: hic ex opposito adiacenda est umbra, quæ temperet & moderetur ingentem splendorem omnium harum Personarum, ne obtunderent vel excæcerent oculos mortalium: Et solus S. Joseph tam amplæ est virtutis, ut sufficiat obvelandis illis omnibus. Deus Pater absconditur sub umbrâ Sancti Joseph, qui ipsius agit vires, quemque credunt homines verum esse Patrem Filij ipsius Unigeniti, respectu cujus & Patris nomen gerit. Audite quid dicat Ifo-

lanus: *Gessit enim personam Dei Patris, dum ejusdem Verbi incarnati prætabatur Pater.* Ihdorus Ihdorus 1. p. 6, 6.

Filius Dei absconditur sub umbrâ Sancti Joseph: siquidem cum amplexans suis ipsum brachijs modò deduceret in Ægyptum, modò in Galilæam, modò in Templum Jerolymitanum, modò ad loca alia, ipsique millenas, velut dilecto Filio suo, exhiberet blanditias; & Filius similiter amplexaretur ipsum tenerè, suavissimis; que velut amantissimum Patrem suum exciperet oculis: non credebatur esse alius, nisi Fabri Filius. *Nonne (inquiunt) hic est Fabri Filius? O amantissime Deus!* Matth. 17. v. 55. Quis comprehendere posset delicias, quibus disfluebat Cor Joseph ita portantis puerum JESUM in sinu suo mutuasque recipientis ab ipso blanditias. Nonne dici poterat de ipso, quod dicitur de Simeone Sacerdote magno: Senex ferebat Christum Infantem, Christus regebat ipsius senectutem: Senex erat fortitudo Infantis, & Infans erat sapientia Senis: Infantis Corpus sustentabat Senex, senis animam sustentabat Infans. O consolationem mirificam Sancti Joseph. Sed quæ erant reciprocae Infantis JESU deliciae, cum ita quiesceret in terris, sub umbrâ putativi Patris, qui in splendido requiescit sinu divini Patris sui in æternitate.

Ulterius Sanctus Spiritus absconditur sub umbrâ Sancti Joseph.

Spiritus Sanctus

scenditur sub umbrâ Sancti Joseph: Siquidem quicquid est factum in MARIA, est opus Spiritûs Sancti, ita dicente Evangelio: *Quod enim in eâ natum est, de Spiritu Sancto est.* Admirandum hoc opus Spiritûs Sancti, majoris est valoris, quàm centies millenorum creatio mundorum; & si homines cognoscerent illud, omnes hæterent attoniti, & præ stupore extra seipfos abrepti; sed nihil noverant de illo, edquod sub umbrâ, quæ Joseph est gravidæ & prægnantis hujus Matris Conjug, nihil ipsorum apparebit oculis ex omnibus hisce magnis prodigijs. Ecce igitur Sanctum Joseph, communem omnium trium divinatorum personatum umbram, Patris & Filij, & Spiritûs Sancti: *Es virgus Altissimi obumbrabit tibi.* O virtutem Altissimi! ô magnum Sanctum Joseph! Si tota adoranda Trinitas abscondere se voluit sub umbrâ tuâ: omnes Sancti in cælo & in terrâ milles tum beatos, tum honoratos se crederent, si & ibi abscondi & quiescere liceret illis.

S. Hieronymus in psalms, 7.

Tandem præcipuè Sanctissima Virgo absconditur sub umbrâ dilecti sponsi sui, Sancti Joseph. S. Hieronymus exponens illa verba Psalmi quinti: *Domine ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos;* dicit, quod coram hominibus scutum non sit corona, & corona non sit scutum, sed coram Deo scu-

tum, quod inferitur brachio, & corona quæ imponitur capiti, sit omnino idem: *Quasi scutum protegit, quasi Deus coronat;* ita ut ipsius protectio, quæ nobis victoriam confert contra inimicos nostros, nobis sit corona certa, quam nostris imponat capitibus, ut triumphare nos faciat in æternum in regno gloriæ suæ.

Nonne inferere mihi liceat hæc verba in os Sanctissimæ Virginis, ut ipsa hæc dirigat ad Sanctum Joseph, dignissimum Sponsum suum? Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti me. Domine (nam sic antiquitus uxores suos vocitabant maritos) Tu es protectio mea, tu es scutum brachij mei, tu es corona capitis mei. Haberem omnes homines contra me, qui me lapidarent velut adulteram, si exploratum haberent mysterium graviditatis & prægnationis meæ, sed tu es scutum meum, quia defendis me, meamque servas mihi vitam: Essem omni exspoliata honore, & turpem infamiam circumferrem ubivis notam, si scirent homines, infantem & Filium meum non esse fructum conjugij mei; sed tu es corona Capitis mei, meamque mihi conservas honorem. Filius meus Unigenitus, quem adorari oportet à cunctis tum Angelis, tum hominibus, despicabilis fieret omnibus, velut illegitimus, si nõssent, te non esse Patrem ipsius; sed sub umbrâ tuâ, quâ fruor, dum

Sanctissima Virgo.

verè

verè es sponsus & conjux meus, conservas honorem & Filij, & Matris; & ambo securi vivimus sub umbrâ protectionis tuæ: *Ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronâsti nos.*

Isidorus  
Iolanus 2.  
p. c. 4.

O Deus! quàm sublimia fuere munera, quibus æterna providentia magnum Sanctum Joseph voluit honorare! audiendus est desuper Isidorus, qui aspicere illa non potuit absque admiratione: *Videte, pensate, considerate, quantâ auctoritate apud Deum & Angelos Sanctos Joseph effulserit: Altissimi mysterij secretum fuit inexpugnabile.* Attendite hic omnes Angeli in cælo, homines in terrâ; videte, cogitate, considerate, exclamat hic Pater totus abreptus ex hoc prodigio, & serîo ponderate, quantæ sit auctoritatis Sanctus Joseph. Deus illi soli in mandatis dedit, illi soli provinciam imposuit, ut esset protector, fidelis Conservator prudens Oeconomus magnus depositarius maximi arcani & mysterij, quod operatus est unquam extra seipsum, Incarnationis nimirum Verbi sui: Sed hujus gloria muneris non refulget nisi oculis Dei & Angelorum ipsius. Qui judicâset de eo juxta apparentiam exteriorem, dixisset, nullius vel parvi rem esse momenti: nihilominus omnia, quæcunque omnes homines simul ponderis maximi tractare possent negotia, nihil prorsus essent in comparationem cum illo adducta. Quis nostrum

Quàm sublimè fuerit munus S. Josephi.

est, qui non præferret unicum solum diem vitæ & muneris Sancti Joseph gubernationi omnium imperiorum totius mundi per cuncta omnino sæcula! O JESU! O MARIA! quantis honorum fastigijs, Sublimatis eos omnes, qui famulantur vobis. Quanto plus vobis exhibetur servitij in secreto, & in vitâ abjectâ & absconditâ, tantò magis accepta vobis sunt hæc servitia, proin fulgidiori honore & gloriâ a vobis coronanda? quàm paucos reperite est in mundo, qui comprehendere vel possint vel velint hanc veritatem!

Nos ex naturâ ita constituti sumus, ut inservire nulli velimus in morem umbræ; non ambimus nec amamus munera, etiam in exercitijs pietatis, nisi habeant quoque aliquid splendoris. Abyssus superbiæ, quæ nobis naturalis est, tam est horrenda, tantæque profunditatis, ut etiam in actionibus humilitatis profundissimæ, conservemus occultum quoddam desiderium applausûs, laudis, existimationis, nunquam non ambientes anteferri cæteris. Quicumque veram sui ipsius habuerit cognitionem, observabit profectò hanc miseræ abyssum in fundo Cordis sui. Relinquo meditationi tuæ hanc veritatem accuratiùs ponderandam, & revertor ad sermonem de excellentijs,

S. Joseph.

\* \* \*

ARGU.

Elegi abj-  
ctus esse in  
domo Dei  
mei, magis  
quàm habi-  
tare in Te-  
bornaculis  
peccatorum.  
P (al. 8).

Amamus  
munera,  
splendida  
ex impulsu  
superbiæ,

Cur  
catur  
S. Jos  
imag  
Pati  
ipsius  
bra.

## ARGUMENTUM.

*Quanta gloria Sancto Joseph, existere umbram  
Dei Patris, respectu Filij ipsius Unigeniti.*

## ARTICULUS II.

Cur non dicatur, quod s. Joseph sit imago Dei Patris, sed ipsius umbra.

**Q**uid voluptatis hauris ex eo, Domine, interrogavi ipsum, quod tam saepe utaris hoc nomine *Umbra*, verba nobis faciens de Sancto Joseph? Ecur assersis, ipsum esse umbram? cur non potius dicis, ipsum esse imaginem Dei Patris. Absit à me res, ondit mihi, ut utar hoc termino, non nisi ad filium Dei Unigenitum spectat esse imaginem Patris sui. Affirmari quidem potest, quod omnes creaturae sint graphicae & rudes delineationes, experimentes nobis aliquid essentiae & excellentiarum Dei, imagines tamen Dei dici non possunt; ne quidem homo, qui creaturas omnes excellit, est imago Dei; factus is quidem est ad imaginem Dei, sed non est factus imago Dei; sicut non est nisi unus verus Deus, sic non est nisi una vera imago Dei, quae est Filius ipsius Unigenitus; Unicum solum Archetypon, quod expressum est in unico solo ectypo, quod est alterum ipsum; Archetypon est Pater, ectypon est Filius, qui est alter ipse. Dicere, quod Sanctus Joseph sit imago Dei Patris, est nimium dicere; hoc non spectat, nisi ad Filium ipsius Unigenitum: Dicere etiam solum, quod sit rudis quaedam delineatio, aliquam ratio-

B. P. Isaac, Consultat. Tom. III.

ne representans ipsum, est dicere nimis parum; hoc enim commune est omnibus creaturis, & præcipue omnibus Sanctis: Sed dicere, quod sit umbra Dei Patris, hoc aptè & propriè est loqui de ipso; hoc non spectat, nisi ad ipsum solum, hæc ipsius est gloria, ipsius est privilegium, specialis ipsius est character. Audiamus quæ ratione.

Ad efformandum umbram opus est lumine & aliquo Corpore, & in ultimo hoc, nempe Corpore, videtur umbra. Deus Pater est Lumen: *Quoniam Deus Lux est.* Sanctissima Virgo est Corpus interpositum, directè & perpendiculariter recipiens lumen, quando Deus Pater in purissimum ipsius uterum effundit omnem divini sui luminis splendorem, qui est Verbum ipsius æternum; Et post Sanctissimam Virginem est Sanctus Joseph umbra Patris, per Matrem. Intueris, quod umbra desumat suam formam à corpore, illudque representet; ipsa ab eo inseparabilis est, idque ubi se sequitur; umbra non habet nisi eodem motu corporis, & imitatur illud in omnibus quæ facit. Quid observas aliud in Sancto Joseph, nisi quod sit umbra Dei Patris per interpositionem corporis Virginalis,

Esse umbram  
Altissimi,  
magis includit præ-  
rogativas,

Nn  
lis,

lis, Virginis Sanctissimæ. Impri-  
mis ipse gerit nomen Patris pro-  
prij Filij Dei, & gerit id jure æ-  
quissimo: Secundò suscipit curas  
Patris, dum educat & nutrit Fi-  
lium: Tertio exercet ipsius pote-  
statem, dum imponit illi Nomen.  
Tandem est inseparabilis à lumine  
& à corpore, cujus est umbra, ed-  
quòd totum ipsius esse sit mera de-  
pendentia à Deo Patre & Sanctissi-  
ma Virgine pro servicio Infantis  
JESU: Dicendo hæc paucis verbis  
enuntio tot ac tantas prærogativas  
Magni S. Joseph, ut integrum re-  
quiretur Volumen ad illas latius  
explanandas.

Luc. 2. v.  
33.

Luc. 2. v.  
48.

S. Bernardi-  
nus Senens.  
tom. 3.  
serm. de S.  
Joseph. a.  
2. c. 2.

Inprimis gerit magnificentum No-  
men Patris Verbi Incarnati: Quis  
privare ipsum potest glorioso hoc  
encomio, cum Sanctum Evange-  
lium id ipsi conferat, & Spiritus  
Sanctus sic ipsum appellet apud  
Sanctum Lucam: *Erant Pater e-  
jus & Mater* (id est Joseph &  
MARIA) *mirantes super ijs, que  
dicebantur de ipso*: Et ipsa Sanctis-  
sima Virgo intigait ipsum hoc no-  
mine: Pater tuus, & ego dolen-  
tes quærebat; Et credibile  
admodum est, quòd Infans JE-  
SUS ita sæpissimè nuncupaverit  
ipsum, juxta piam observationem  
Sancti Bernardini Senensis, in exi-  
mio quodam sermone ad eandem  
ejus concinnato: *O quantà dulce-  
dine*, inquit, *audiebat Joseph bal-  
butientem parvulum se Patrem vo-  
care; sibi porrigere brachiola sua,*

injacere se collo suo ad amplexan-  
dum se, & blandiri sibi velut vero  
Patri suo! Quis est homo, quem  
Deus ipsius appellet Patrem  
suum?

Verum quidem est, quòd natu-  
ra non contulerit ipsi auctoritatem  
portandi gloriosum hoc nomen  
Patris, edquòd naturaliter reipsa  
Pater non fuerit. Sed justitia con-  
tulit ipsi hanc potestatem, juxta  
hanc juris regulam: *Quod in ali-  
quo Solo nascitur, sub illius domi-  
nio cadit, cujus est solum.* Aliquis  
fructus, qui nascitur ex arbore stan-  
te in fundo meo, meus est. Infans  
JESUS natus est ex Sanctissima  
Virgine; jam ipsa spectabat ad  
Sanctum Joseph jure matrimonij:  
nonne ergò ipsius sit Infans? Et quo-  
modò infans appellabit maritum &  
conjugem Matris suæ, nisi Patrem  
suum, licet hic infans non prodie-  
rit à Patre - sed solum à Matre, si  
hæc alium jam habuerit maritum?  
Et quando dices, quòd Sanctus  
Joseph non contraxerit veram con-  
sanguinitatem cum Infante JESU,  
edquòd non produxerit ipsum ex  
substantiâ suâ personali; verum ta-  
men est: quamvis non in omni  
rigore) quòd contraxerit aliquam  
cum ipso affinitatem, edquòd ve-  
rus & legitimus Conjux sit Sanctis-  
simæ Matris ipsius: *Affinem Deo  
MARIA reddidit sponsam.* MA-  
RIA igitur primam habet consan-  
guinitatem, & Joseph primam  
habet

inst. de  
rerum di-  
vis. s. cum  
in suo solo

Quale jus  
habet  
Joseph ge-  
nerandi No-  
men Patris  
Infantis  
JESU.

Cato

Non  
tris  
est g  
sum  
zrer  
Non

habet affinitatē cum proprio Filio Dei. Et nonne verū est, quōd consanguinitas & affinitas pari passu ambulent? Sicut igitur Sanctissima Virgo jus habet, vi cuius appelleretur Mater Salvatoris mundi, si S. Joseph jus habet ut appelleretur Pater ejusdem Salvatoris: hic titulo affinitatis, titulo consanguinitatis altera.

Jam utinam atollere in actum hīc possem animos vestros ad contemplantum gloriam, quæ Sancto Joseph accrescit ex eo, quōd portet Augustum Nomen Patris proprii Filij Dei. Sanctus Cyrillus Patriarcha Jerosolymitanus hunc profert & probat propositionem ac veritatem: quod Nomen Patris gloriosius sit primæ personæ adorandæ Trinitatis, quā nomen Dei; & ratio ipsius est prorsus eximia: edquod, inquit, nomen Patris relationem importet ad Filium ipsius Unigenitum, qui consubstantialis ipsi est, & idem cum ipso Deus: & nomen Dei relationem dicat ad creaturas, quæ infinitā ratione sunt inferiores: Jam quis non videt, infinitā ratione gloriosius ipsi esse, quōd sit Pater Filij sui Unigeniti, quā quōd sit Deus omnium creaturarum tam æqualium, quā possibilem?

Mirum est, & consideratione dignum, quōd, etsi nobis dicat in Scripturā: Videte, quia ego solus sum, & non est alius Deus præter me; non tamen ita Zelotypus sit circa nomen Dei, quin per-

mittat servis suis illud assumere, quando adoptat illos in filios suos per gratiam sanctificantem; imō & ipsemet nuncupat ipsos Deos: *Ego dixi, Dii estis, & filii excelsi* Joas. 10. *omnes.* Sed quoad nomen Patris Filij sui Unigeniti, cum titulus honoris sit, reservat hoc sibi soli: hæc gloria est dignitatis ipsius personalis, quam nec proprio suo communicat Filio, nec Spiritui Sancto, nec omnibus Angelis, nec ulli ex creaturis, excepto solo & unico Sancto Joseph; cum ipso solo vult dividere magnam hujus nominis gloriam, Patris scilicet Unigeniti sui Filij. O gloriam inestimabilem! ô privilegium singulare magni hujus amici DEI! Omnes beati Angeli, & altissimi in cælo Seraphini non portabunt nisi nomen servorum Dei: Solus Sanctus Joseph habebit gloriam, super omnem Ecclesiam, tum militantem, tum triumphantem portandi nomen Patris ipsius: *Nomine Paternitatis neque Angelus, licet brevi temporis spatio, potuit nuncupari, hoc unus Joseph insignitur.* Hæc verba sunt, quæ admiratio excellentiarum Sancti Joseph dimanare fecit ex ore magni S. Basilij.

Non tamen id satis est, magnum portare nomen, & specioso insigniri titulo: sed præcipuum est illius obire functiones! Sanctus Joseph non portat solummodò Nomen Patris Salvatoris mundi, sed

N. n. 2

verè

Catech. 7.

Nomen Patris magis est gloriosum Patri æterno, quā Nomen Dei.

Quam gloriosum sit Sancto Joseph, portare Nomen Patris Unigeniti Filij Dei.

S. Basilij.

S. Joseph obit officium Patris.

verè exerceat ipsius officium, nutritiens & educans divinum hunc Infantem. Prudentia humana iudicasset, conferendum fore id munus principi cuidam potenti ac diviti, qui suppeditare potuisset impensas ad educandum pro dignitate hunc Regum Regem, maximum maximum. Falleris prudentia humana: oportebat Sanctum Joseph, cui id munus demandatum fuit, pauperem esse opificem, qui operando suas exhauriret vires, suoque labore ac sudore lucraretur ex seipso panem, qui necessarius erat ad præstandum alimentum ei, qui liberali divinæ providentiæ suæ manu omnem alit & nutrit naturam.

S. Joseph  
præclare  
cooperatur  
Redem-  
ptioni  
mundi.

Quid est hoc mi Deus? quanto splendore gloriæ condecoras magnum Sanctum Joseph? Itane admittis ipsum socium tecum ipso, cum Filio tuo Unigenito, cum Sanctissimâ Virgine, ad cooperandum tum excellenter cum omnibus tribus ad mundi Redemptionem præparando nobis Salvatore, qui nostræ sit victima salutis? Deus Pater largitus est Divinitatem Filio suo Unigenito: Sanctissima Virgo suppeditavit ipsi Sanctissimam suam Humanitatem; sed hæc non fecit, nisi quod formaverit ipsam in purissimo utero suo, & exin nutritur eandem tempore infantia suorum lacte uberum. Sed Sanctissima hæc Humanitas expectabat suam accretionem & perfectio-

nem integram, antequam immolaretur supra Altare Crucis in Gologothæo vertice, pro mundi Redemptione. Quis accretionem hanc & perfectionem subministrabit ipsi? quis suppeditabit ipsi vires perfectæ ætatis? quis replebit ipsius venas pretioso hoc sanguine, qui effundi debet in Cruce pro nostrâ salute, nisi labor manuum Magni Sancti Joseph?

Adorande Sinus Parris æterni agnosco te ceu primum principium felicitatis meæ; & omnes tibi rependo grates, quas rependere potest Cor meum, quod tuum mihi dederis Filium secundum divinitatem ipsius. Virginea MARIÆ viscera, sacrata Matris Virginis ubera, revereor vos velut secundum principium Redemptionis meæ, & grates exsolvo vobis, quod dederitis mihi eundem Filium Unigenitum, secundum Sanctissimam ipsius Humanitatem, Beatæ ac felices manus Joseph considero vos velut tertiam salutis meæ Scaturiginem, & grates vobis habeo ex toto corde meo, quod nutritieritis, roboraveritis & perfeceritis Sanctissimam hanc Humanitatem labore manuum vestrarum. O quàm admirabilis societas! quàm auspiciatus concursus gremij Parris, uberum Matris, & manuum Sancti Joseph, ut quisvis contribuat ex substantiâ suâ ad operandum salutem mundi in Personâ Salvatoris;

Quan-

Joan.  
18.

Delic.  
in off.  
Sancti  
Joseph  
benedi-  
ctio  
Unigeni-  
tum.  
Dei.

Ad  
S. Jo-  
par-  
mer-  
fan-

JOH. I. 7.  
18.Deliciae  
inaccessibiles  
Sancti Jo-  
seph, ha-  
bentis in  
sinu suo  
Unigeni-  
tum Filium  
Dei.Admiratio  
S. Joseph  
parantis  
mensam in-  
fantis JESU.

Quando Scriptura loquitur de Filio Unigenito Dei, dicit: *Unigenitus qui est in sinu Patris*: De quo Patre loquitur? an de Patre ipsius aeterno! siquidem is requiescit ante saecula in sinu divini hujus Patris, velut in centro aeternarum suarum deliciarum. Nonne etiam de Patre ipsius temporali, magno, magno S. Joseph? haud dubie intelligi quodque possunt de ipso. Quoties enim quiescit is in sinu ipsius, velut in centro deliciarum suarum temporali-um. Sed deliciae erant reciprocae: Quantum huic Patri gaudium, talem habere Filium in possessione sua? portare ipsum in brachijs suis, circa regionem cordis sui, ipsum amplecti, ipsi blandiri, ipsam custodire, & velut esse Angelum ipsius tutelarem. Depradicantur certi quidam favores transitorij, magnis nonnullis exhibiti Sanctis, quos exhilaravit Sanctissima Virgo, prorigendo illis infantem JESUM in ipsa usque brachia; sed quid hoc sit respectu incomparabilis prerogativa magni Sancti Joseph, qui possidebat ipsum indies, ipsumque, quantum volebat, in suis portabat brachijs, per complurium annorum decursum?

O quoties abreptus est extra se ipsum, totusque absorptus gaudio, dum considerabant circumfusum se hac excellentiarum immensitate! Illa Patris aeterni, cu-

jus erat umbra; illa Sanctissimae Virginis, cujus erat conjunx; illa Infantis JESU; cujus erat Pater Nutritivus. Hem quidnam, dicebat in corde suo, magna & adoranda Patris caelestis providentia, intendis mecum agere? an ergo destinatus sum ad nutriendum labore manuum mearum magnum mundi Architectum, qui omnem nutrit & alit naturam? Verbum adorandum, non sum ego nisi vilis opifex, & tu opem a me exposcis, & pasci a me cupis qui cupedias paras cunctis mundi Monarchis?

O quoties, dum accumbebant mensae, dixit ad ipsum magnifica illa verba, quae dicit ad ipsum Pater aeternus in gloria sua: *Sede a dextris meis*; Quando audis Patrem loquentem & dicentem Filio Dei: *Sede a dextris meis*; quem putes profari haec verba? Estne Pater aeternus? Estne Sanctus Joseph? est uterque ipse est umbra, quae sequitur corpus; est umbra Patris loquens sicut verus Pater. O quam stupebant omnes Angeli in caelo, videntes illum, quem adorant regnantem in gloria, Patrem inter & Spiritum Sanctum, recumbentem modo in terra, & manducantem ad tenuem mensam, MARIAM inter & Joseph! o quale prandium! quale colloquium? quanta creaturae hujus Trinitatis conjunctio! quam multiplices reddebat consolationes

Psal. 109.



spirituales JESUS pro appposito sibi à Joseph pane! ô mi JESU, quàm es amabilis! ô mi JESU, quàm tua delectabilis est præsentia! ô amabilissime mi JESU, quàm familiaris es amicis tuis.

S. Joseph  
habet au-  
toritatem  
Patris in  
Filium Dei.

Sed nondum sufficit ad extol-  
lendâ gloriâ, quæ accrescit  
Sancto Joseph ex eo, quòd sit  
umbra Patris æterni, affirmare,  
quòd conferat ipsi soli prærogati-  
vam portandi Nomen Patris Filij  
sui Unigeniti, nec asserere, quòd  
velis exercere ipsum erga illum  
Patris munus ac officium; vult  
insuper conferre ipsi auctoritatem  
Patris in eum. Et idèò reservat  
ipsi soli honorem, ut Nomen im-  
ponat illi. Est nota dominij im-  
ponere alicui Nomen. S. Basilius  
Seleuciensis observat perquam ap-  
positè, quòd, cum Deus collo-  
care veller Adam velut Deum in-  
feriores hujus mundi, ipsùmque  
participem reddere potestatis suæ  
in creaturas, facultatem dederit  
ipsi, imponendi omnibus Nomina  
pro arbitrio suo: *Esse Adams*

Basilius Se-  
leuc. orat.  
a. in Adam.

*nominum artifex, quando rerum  
esse non potes: Adam esse non po-  
tes Creator, & verus Pater om-  
nium creaturarum; sis ergò illa-  
rum Compater & Patrinus vo-  
lo recipere illas nomina ex ore  
tuo, postquam receperunt esse  
ex ore meo: Derivetur ex te ipsa-  
rum appellatio, sicut ex me ipsa-  
rum creatio: Volo per hoc qua-  
si partiri tecum auctoritatem &*

Adam fit  
Pater om-  
nium crea-  
rarum im-  
ponendo il-  
lis nomina,

potestatem meam in illas: sic  
ratione quâdam eris secundus ipsa-  
rum Pater, secundus illarum crea-  
tor: Ut, cum participem te red-  
dam imperij mei in illas, illæ par-  
ticipem te reddant debitæ mihi ab  
illis obedientiæ: *Me cognoscant  
artificem natura lege, te Domi-  
num intelligant, appellationis no-  
mine.*

Non dicam, quòd consimili, sed longè majori honore afficiat  
Deus Sanctum Joseph. Ille pro-  
ducit ab æterno Filium suum! Uni-  
genitum ex propriâ suâ substan-  
tiâ divnâ, sed non imponit illi  
Nomen: Vult Sanctissimam Vir-  
ginem reproducere ipsum in San-  
ctissimâ suâ Humanitate in medio  
temporum; sed non vult ab ipsâ  
imponi nomen illi; magno nam-  
que Sancto Joseph reservata est  
hæc gloria. Quomodò nomi-  
nas eos, qui imponunt nomina  
tuis prolibus, nonne nominas  
eos compatres vel Patrinos, ut  
innuas ipsos esse velut secundos  
Patres qui dividant tecum aucto-  
ritatem & potestatem in liberos  
tuos, qui evadant ratione quâdam  
ipsorum Patres per affinitatem  
hanc spiritualem, quam contra-  
hant cum illis & tecum, quique  
etiam obligati sint suscipere cu-  
râ conservationis, instructio-  
nis, & bonæ educationis nova-  
rum harum prolium, quas pro-  
dixerunt ex se, imponendo il-  
lis nomina.

Non

Quant  
gloria  
sancto  
Joseph  
Patris  
Unige-  
niti

Nonne resplendere hic vides gloriam magni Sancti Joseph, majori cum jubare, quam solem in plenâ suâ meridie? Angelus mittitur ad ipsum, quasi ipsum invitaturus, & Dei Patris nomine rogaturus, ut Unigeniti sui Filij esse velit Compater & Patrinus. Angelus affert quidem è cœlo Augustum & magnificum Nomen ipsi destinatum, sed dignus non est imponere hoc ipsi. Joseph, secundus ejus Pater, electus est à DEO, cui hæc in ipsum competit potestas: *Vocabis nomen ejus JESUM.* Ipse est, qui contrahere meretur affinitatem intimam cum Patre æterno, cum Sanctissimâ Virgine & Infante JESU, quæ summam & infinitam ipsi pariet gloriam, quamque solus possidebit cum admiratione Angelorum & hominum in omnem æternitatem. Antiquitus dicebant, quod Nomina (quæ nuncupabant cursus volantes essentiarum) inventa fuerint, ut ipsas redderent præsentibus ubivis; & nominare aliquam Personam, erat quasi ipsam producere, & præsentem sistere in loco, ubi de ipsâ fiebat sermo.

Quanta hæc est gloria Sancto Joseph, quando nominat Filium Dei JESUM! videtur reproducere illum, sed ratione quâdam prorsus admirabili. Deus Pater producit ipsum per suum intellectum; sed non confert ipsi nisi solam naturam divinam; Sanctis-

sima Virgo producit ipsum per castissimum uterum suum, sed non confert illi, nisi solam naturam humanam; & Sanctus Joseph reproducit ipsum per labia sua nominando ipsum JESUM: Et cum *Quid im-* magnam hoc Nomen includat *poterit No-* utramque naturam, divinam & *men JESU,* humanam, videtur reproducere ipsum totum integrum, imponendo illi Nomen: *Esto Joseph Nominis artifex, quoniam rei esse non potes.* O magne Sancte Joseph, quanta hæc tibi gloria! tu conferre non potes divino huic Infanti, nec naturam divinam velut Deus Pater, nec naturam Humanam velut Sanctissima Virgo, sed totum, quod est maximum post hoc est imponere illi Nomen, quod utramque exhibeat & repræsentet naturam; & maximus hic honor reservatus est tibi soli.

Nescio an amplius quid dicere potuisset ad illustrandam gloriam Sancti Joseph, quâ resurgere videtur, quando consideratur velut umbra Patris æterni: Inveniebam, quod dicendo hæc converterit hanc umbram in splendorem maximum; sed ut obstringerem ipsum, ad loquendum nobis de commercio singulari, quâ usus est magnus hic Sanctus cum Filio Dei, deque sublimi officio, quod exercuit circa adorandam ipsius Personam, proposui ipsi sequentem quæstionem.

\* \*

ARGU.

Quanta  
gloria San-  
cto Jo-  
seph, esse  
Patris  
Unigeniti  
Filii Dei,

## ARGUMENTUM.

*An dicendum sit, quod S. Joseph receperit JESUM ad illum gubernandum & dirigendum; an verò dicendum, quòd JESUS receperit Sanctum Joseph, ad illum sanctificandum & perficiendum.*

## ARTICULUS III.

S. Joseph gubernat sapientiam æternam.

**E**st utrumque, respondit mihi: Verum est, quòd Infans JESUS consignatus sit Sancto Joseph, ut gubernaret & educaret illum. Fateor, animum humanum concipere, nescio quem sacrum horrorem, dum perpendit, sapientiam infinitam Dei submittere se ignorantie humanæ; Filium Unigenitum Patris æterni, in quo absconditi sunt omnes thesauri sapientie & scientie Dei, dirigi voluisse à simplici quodam homine, & quamvis possideret perfectissimè omnem scientiam divinam velut Verbum æternum, & omnem Beatificam velut summus & supremus Beatorum, & omnem scientiam infusam, velut suæ Caput Ecclesiæ, nihilominus subdi voluisse cunctis infirmitatibus infantium, eò voluisse spontè & ultrò redigi, ut addisceret illorum more ambulare, loqui, appellare quamvis rem suo nomine, formare paulatim parvulos discursus, ac sinunquam aliquid scivisset, ut adjungeret cunctis alijs suis scientijs, scientiam quandam experientialem. Videtur sanè ad-

miratione dignissimum, quòd, ad edocendum ipsum hanc scientiam, electi non fuerint Angeli è cælo, nec præstantissimi quique Doctores mundi: Gloriosa & splendida hæc provincia reservata erat soli Magnò & Sancto Joseph; ex quo collige, quanti fuerit meriti, quanti apud Deum nominis & pretij.

Tanti ponderis in domibus regum reperire est munera, ut nunquam obeantur nisi à principibus è regni ipsorum stripe, vel ab eis, quibus utuntur familiarissimè: Eadem ratione in domo Dei munera reperies adèò sublimia, ut non nisi exerceantur à Personis summè exaltatis in gratiâ & sanctitate super omnes alias. Ejusmodi fuerunt munera Sanctissimæ Virginis, & Sancti Joseph. Esse Matrem est munus primum, esse gubernatorem & Nutritium, est munus secundum. Ad obeundum munus propriæ Matris Filij Dei, tantum accedere ad Deum oportet magnitudinem, quantum possibile est puræ alicui creaturæ; sicut & agendas partes Gubernatoris.

Sacriligi  
infar,  
bitve.  
dignus  
quem  
vit Imp  
tar.  
Ira Val  
tionu

S. Joseph  
obit muni  
emincat  
dignitat  
in domo  
Dei.

Dubit  
non de  
quin S  
seph  
dignif  
muner  
suo.

D. Th  
9 27

ris, Tutoris, Patris Nutritij. Et unico verbo, ad obeundam præfecturam super maximum hunc mundi Monarcham, oportet tantum sublimari super omnes Angelos cæli, quantum super omnes servos sublimantur Domini.

Sacrilegij est  
insar, dis-  
bitare, an is  
dignus sit,  
quem eloge-  
rit Impera-  
tor.  
Ira Valen-  
tiani.

Minor sum, quam ut omnes comprehendam excellentias, quibus locupletatur Illustrissimus hic Omnipotentis Monarchæ mundi Governator: Verum sufficit, ad judicandum de ipsius excellentiâ, quod videam, ad quid muneris elegerit ipsum divina sapientia inter omnes suas Creaturas. Si Imperator Valentinianus declaravit per aliquam de se factam constitutionem, quod species sit Sacrilegij, dubitare solum de idoneitate illius, quem elegerit Princeps ad munus, quod aliquâ existat dignum consideratione eòquod hoc esset vel arguere Monarcham parvi judicij, vel ipsam reprehendere exiguæ æquitatis. Nonne Sacrilegij quædam sit species, dubitare, an Sanctus Joseph ex omnibus creaturis post Virginem Sanctissimam fuerit dignissimus, dum conspicitur, electum fuisse ipsum à Deo pro munerum omnium dignissimo, post illud, quod obit Sanctissima Virgo, propriam agens Matrem Unigeniti Filij Dei. Princeps mundi falli quandoque possunt in electione suâ, sed impossibile est, sicut optimè docet S.

D. Th. 3. p.  
9. 27. a. 4.

Thomas, à Deo unquam eligi in-

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

dignum, eòquod electio Dei sit a Deo omnipotentis ipsius voluntatis, omnia quæ vult, facientis, quæ si non supponeret meritum in eò, quem eligit, eo ipso, quod eligat, confert ipsi idoneitatem: *Quos Deus ad aliquid eligit, ita preparat & disponit, ut ad id, ad quod eliguntur, inveniatur idonei,*

Verum igitur est, quod magnum Sanctum Joseph Deus congruis instruxerit dotibus ad sublimitatem muneris, quo honoravit ipsum: Et exin concedidit ipsi Filium suum Unigenitum, ut ipse esset Tutor, Governator ac Rector. Et hic unicus Dei Patris haberi non tenuit pauperis hujus Fabri Filius, ut suus is Pater haberetur coram oculis omnium mortalium. O bonitatem infinitam JESU! quæ se ita demittit infra hominem, ut extolleret hominem supra se!

Judæis, qui tollerare non poterant splendorem gloriæ JESU Christi, quando incepit patrare miracula, solemne erat, non nisi maximo, cum contemptu loqui de ipso; & ut tantum, quantum poterant, vilipenderent ipsum, dicebant: *Nonne hic est Filius Fabri?* Et ipsemet videbatur ipsorum annuere opinioni, dum operi alicujus fabri comparavit semetipsum, dicens: *Ego sum ostium.* Sanctus Augustinus in aliquo Tractatum suorum supra Joannem extollit & declarat eximie hoc

Match. 17.

Joan. 10.  
JESUS di-  
xit nobis,  
se esse o-  
stium: id

O O

ver-

est opus fa-  
bri : sed  
quâ ratione

verbum, dicens; illud sumendum non esse in sensu literali, ipsūque verè non esse ostium, eò quod factus non sit à fabro: *Ostium non est, quia Faber eum non fecit.* Decipitis vos, ô Judæi, ipse opus non est alicujus fabri, ipsius non est filius naturalis & proprius, Joseph, ipse non produxit eum ex propriâ suâ substantiâ: Ipse proprius Filius est magni totius Orbis Architecti; Et de hoc vobis nil constat: Et si consignatus est manibus alicujus Fabri, hoc non est, nisi ut efformet ipsum ad simplicem nostram & naturalem vivendi rationem, sicut filii principum consignantur manibus suorum Moderatorum, & vivere discant in morem Monarcharum. Nihilominus tota natura humana perpetuò obligabitur huic Fabri, de constructo sibi ostio, per quod intrare sibi liceat in cælum. An capis, quid dicere velim.

JESUS  
Christus;  
velut Filius  
Patris æterni,  
non est  
ostium,  
sed velut  
Filius S. Jo-  
seph ostium  
est nobis.

Quando sermonem audis de Filio Dei velut de Omnipotente Creatore mundi, quando se dicit æqualem Patri suo, quòdque possideat, sicut ipse, immortalitatem, divinitatem; quando in-venis ipsum veluti productum ante cuncta sæcula ex propriâ Dei Patris sui substantiâ, an dici potest, ipsum sic considerando, esse nobis ostium, ad intrandum per ipsum in cælum? An per ipsum transcendendum est nobis? Non: sic enim non per illum, sed in illum

nobis intrandum est; ipse non est ostium paradisi est Paradisus ipse; ipse æterna est gloria, quam speramus in cælo nos possessuros. Sed quando sermonem auscultas de Filio Dei, velut de paupere, obedientia, humili, patiente, charitativo, contempto à mundo, & contemnente mundum: Quando jejunat, quando orat, quando quasvis exercet virtutes, agnosce ipsum veluti formatum à Sancto Joseph, in quo conspiciebat is omnes hæc virtutes, & à quo instructionem recipere voluit in infantia suâ. Et sub hæc consideratione nobis verè est ostium, per quod ingrediendum est nobis in cælum. Magis igitur ratione quâdam velut formatus à Sancto Joseph, quàm productus à Patre suo æterno, ipsemet nobis dicit: Ego sum ostium, si quis per me introjerit salvabitur. Et in hoc sensu bene dicere possumus, abs eo, quòd nos opponamus sensui S. Augustini: Ostium est, quia Faber eum facit. Sic JESUS Christus nostrum est ostium, ut intremus per ipsum in cælum, eòquòd à Fabro nobis fuerit efformatus. O Deus, quàm excellens opus fabri factum à manu hominis mortalis!

Ecce profectò, dicebam ipsi, maximum honoris culmen, quòd ascendere potuit Sanctus Joseph, dum ita JESUM Christum in suis habuit manibus, custodia, gubernatione: Sed magis adhuc beatum

quàm  
bernat  
fuisse  
illo,

Summa  
licitas  
S. Jo-  
seph  
non tam  
est, quòd  
ad hunc  
modum  
JESUM

quàm gubernatur  
fuisse ab  
illo,

beatum ipsum æstimo, quod ipse tanto tempore, tantis annorum curriculis fuerit in manibus Jesu Christi, ad recipiendum è vicino influxus divini hujus solis, & acquirendum indies majorem perfectionem, in horas singulas majorem sanctitatem & abundantiam gratiarum. Siquidem cum scriptum sit, *Cum Sancto Sanctus*; quid est fuisse, totque annis positam fuisse præsentiam, cohabitationem & conversationem continuam Sancti Sanctorum, illius nimirum, qui omnes constituit & efficit Sanctos? Ille, qui non nisi tres annos impendit universali totius mundi sanctificationi, triginta eorum exegit cum MARIA & Josephi Parte suo & Matre suâ; liquidem communior opinio habet, Sanctum Joseph vixisse usque ad Baptisma Salvatoris nostri, quod recepit anno ætatis suæ trigesimo. Ecce tot vitæ suæ annos traducat cum illis? an toto hoc tempore nihil illis contulerit boni? an suorum curam non habuerit domesticorum? Quot informationes occultas, quotque revelationes sublimissimarum veritatum, quæ ipsos latebant Angelos, communicavit illis? quot exempla prorsus divina, quorum aspectu ceterorum mortalium oculi non fuerant digni? quot gratias speciales nobis incognitas? Ipse est, S. Joseph est, qui melius dicere potest Apollò S. Paulo:

*Audivi arcana verba, quæ non licet est homini loqui.* 2. Cor. 12,

Tertullianus admirabatur honorem & felicitatem primi illius pupilli terræ, qui contingi meruit à manibus Dei, quando componere voluit ex illo Corpus protopatentis nostri: *Limus in manu Dei satis beatus, si solamodo contractus*; liquidem adorandæ hæ manus sanctificant, & quasi divinum reddunt, quidquid tangunt; *Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur.* Numera, si potes, quoties S. Joseph contactus fuerit à manibus Dei.

Æstimo quidem beatum ipsum ex honore, quem habuit, attingendi toties adorandum Corpus Filij Dei, portandi ipsum in suis brachiis, deducendi ipsum suâ manu, blandiendi ipsi suo velut filio: sed infinita ratione magis beatum ipsum æstimo, quod toties & toties contactus fuerit à manibus Filij Dei; à manibus illis adorandis, quæ, quidquid tangunt sanctificant; à manibus illis Cunctipotentibus, è quibus dimanat omnis abundantia gratiarum, benedictionum, ac vitæ: O quàm frequenter videre erat has collo S. Joseph amabilis Patris sui injectas ut amplexarentur illum lenocinarentur ipsi! *Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur*: An dubitari potest, quod unquam contactus fuerit à Sacratissimis ipsius manibus, quin reliquerint operationem?

Tertullianus lib. de resurrex, Carnis,

Quanta felicitas Sancti Joseph, quod toties contactus fuerit à manibus JESU.

rationes quasdam divinas, & semper majores?

Luc. 12.

Quando audio illud Evangelij: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur*; hæc animum meum subit cogitatio, quòd Filius Dei aliud non faciat in terris, nisi quòd facit in cælis. Jam in cælo aliud non faciat ab æterno, nisi quòd ignem accendat, si hoc verbo mihi liceat uti, id est, accendat totam divinitatem sacratissimo igne amoris infiniti, producendo Spiritum Sanctum eodem corde cum Deo Patre suo; & id ipsum credo continuatum fuisse ab eo in terris cum Joseph Patre suo, in cujus corde absque intermissione ullâ divini amoris succenderit ignem; mihi que imaginor, JESUM & Joseph habitasse simul, velut duos artifices, quorum quilibet in suâ laborabat arte, & unus laborabat pro altero. Joseph velut Faber lignarius efformabat ex JESU ostium, quòd reteratum nobis fuit, ut ingrederemur per ipsum in cælum; & JESUS velut aurifaber conficiebat ex Joseph pretiosum vas aureum, tot pretiosis lapidibus locupletatum, quot gratias imperiebatûr illi, ut repleretur possessione æternâ divinitatis suæ! *Vas admirabile opus excellenti.* O quis unquam dicere possit, quantam contulerit perfectionem exquisito huic operi, cui conficiendo clam insudaverit, sêque tot annis impenderit totum?

Eccl. 42.

O Joseph! si quis vidisset te in totâ, quâ resplendebas, pulchritudine, dum ita elaboratus è DEI prodijsti manibus, quantâ abreptus fuisset admiratione, cum abrepti hæc fuerint etiam Angeli in cælo! *Toties honoratur, quoties manus Dei patitur.*

Indies videmus, amorem naturalem eò reducere Patres, ut fiant cum infantibus suis infantes. Quis capere possit, quid amor supernaturalis, quo superabundabat S. Joseph, operatus fuerit in ipso erga JESUM, quem aspiciebat velut charissimum suum Infantem & Filium? quâ teneritudine, quâ cordis effusione, quo venerando affectu commoratur is infans cum divino hoc Infante; forsitan jam noverat, quod dicturus is erat in Evangelio: *Nisi efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum cælorum*: id est, nisi similes reddatis vos illi, nisi amor convertat vos in ipsum, digni non eritis, qui ingrediamini paradisum.

Qui nunquam amârunt ardentet, nec inusitatam amoris callent magiam, comprehendere non possent, quantam is habeat vim ad transmutandam verè illum, qui amat, in objectum amatum, & faciendum ex ipso alterum seipsum, & conferendum illi easdem inclinationes, easdem voluntates, & quandoque easdem omnino cogitationes. Sanctus Augustinus non melius confundere poterat nostram

Amor primum facit ipsos pariter.

Matth. 11.

S. Aug.

Admodum amoris fani.

Rob mor maj que para est, am fani.

3. Augusti-  
nus.

stram ignaviam, quàm statuendo nobis ob oculos mirificos prorsus esse Quis amoris profani: *Inhonestos amatores ostendit, si quis se aliter non vestit, quàm amata placet.* Videte, inquit, considerate impotentis animi motus, quibus abripiuntur amatores sæculi. Verè dici non potest, æstum ipsorum, verum esse amorem; non est, nisi infamis brutalitas; saltem non est, nisi amor adulterinus, terrestris & imperfectissimus; & nihilominus videte stupendum, quo pollet, robar imprimendi illis similitudinem objecti, quòd amant: Nõne videtis, ipsos alias non fovere cogitationes, aliam non navare operam nisi indagandis & rimandis hujus personæ inclinationibus, ut se illis conforment; ita ut nec agere, nec loqui, neque etiam vestiri velint, quàm sicut personæ adamatæ magis crediderint arridere.

Admiran-  
dum robar  
amoris pro-  
fani.

Robor a-  
moris sacri  
major abs-  
que com-  
paratione  
est, robore  
amoris pro-  
fani.

Ah! Christiani, redite in vos-  
metipsos; Ecce quid summo sus-  
fundete vos debeat pudore: an ita  
amatis vos JESUM CHRISTUM,  
sicut lascivus suarum amat compli-  
cem spurcitiarum? an indagatis,  
sicut ille, ipsius inclinationes? an  
studetis componere & adaptare  
omnes vestras actiones, omnia ve-  
stra verba secundum ipsius spiri-  
tum, ut faciatis illa, prout magis  
placuerit ipsi? Aspicitis ipsius ve-  
stimenta in Cruce, opprobria  
contemptum, paupertatem & do-  
lores: an ita amatis ipsum, ut in-

dui hæc sicut ipse, ametis? Inter-  
rogate desuper vera cordis vestri  
sensa & respondebant vobis, quòd  
non. Ne igitur decipiatis vos,  
persuadendo vobis, quòd ametis  
Deum: Quia amor divinus for-  
tior & absque comparatione ge-  
nerosior est amore profano; Si hic  
vestro dominaretur cordi, exstimu-  
laret vos ad agendum & toleran-  
dum plura pro Deo, quàm falsus  
amor tum agere, tam pati facit pro  
creaturis. Nõne commiseratio-  
ne sit dignum, quòd difficulter  
omnino credamus, ita amari posse  
Deum, ut pertingamus illuc; vel  
saltem persuasi simus, perfectio-  
nem hanc esse paucissimarum ani-  
marum, quæ, si dentur, phœnici  
non immerito comparentur?

Sed in quo tandem omnem no-  
stram collocamus devotionem? ò  
quàm sæpè ab amore proprio sedu-  
cti, credimus servite nos Deo, ser-  
vientes nobismetipsis! Quid au-  
cupantur plerique in mundo de-  
votionibus suis nisi seipsos? Ope-  
rantur, ut suam operentur salu-  
tem; omnem movent lapidem, ut  
amoveant à se æternam damnatio-  
nem; multiplicare satagunt sua  
bona opera, ut eorum recipiant  
præmia æterna; omnem inten-  
dunt nervum, ut irreprehensibiles  
se reddant coram judicio Dei; im-  
pertuntur Eleemosynas, ad redi-  
mendum peccata sua, & exantlant  
penitentias, ad exsolvendam pec-  
nas, quæ exsolvendæ forent vel

Reprehensio  
devotionũ,  
in quibus  
magis quæ-  
rimus nos  
ipsos, quàm  
Deum.



in inferno, vel in purgatorio; in-  
hiant lucrands indulgentijs, & ar-  
denter obsecrant Deum ad obti-  
nendum gratiam verè lucrandi il-  
las. An dicam, omnia hæc ma-  
la esse facta? Absit. An omnia  
hæc reprehendam exercitia? Non;  
edquod mala non sũnt, sed potiùs  
bona, & etiam suaderi debeant  
nonnullis animabus infirmis, quæ  
nihil facerent, nisi exstimularetur  
intuitu præmiorum; imperfecta  
tamen ejusmodi sunt animæ: Si in  
his sit aliquid, quod spectet De-  
um, multò plures sunt, quæ spe-  
ctent se ipsas, suaque commoda;  
& in sensu aliquo verum est dicere,  
se magis inveniri in illis, quàm  
Deum; nihilominus creditur,  
quòd ita agere, sit agere vitam val-  
de Christianam, utpote quæ esse  
possit Christiana & meritoria,  
quamvis non sit adedò pure, nec spi-  
ritualis, nec perfecta; imò & e-  
jusmodi judicio mundi devotorum  
accensentur cætui, spiritualium  
annumerantur albo. Inter hos om-  
nes devotorum devotarumque  
magis amorem proprium quàm  
Deum sectantium greges, ubi est  
anima, quæ relinquat se ipsam, &  
non quærat nisi Deum, quæque  
ita puro ipsius succendatur amore,  
ut soli studeat incremento ipsius  
gloriæ.

Modicum  
puri amo-  
ris Dei in-  
venitur in  
omnibus

Ubi est verus hic amor, cui sit  
robur transformandi amantem in  
rem amatam? Non credat anima,  
habere se verum & purum amorem

JESU Christi, nisi experietur de-  
sideria transformandi se in ipsum, devotios  
amplectendi ipsius spiritum, bus molli  
sequendi ipsius regulas æstimandi  
nonnisi id, quod ipse æstimat, &  
contemendi, quòd ipse contem-  
nit, amandi omnia, quæ amat,  
Crucis, humiliationes, separatio-  
nem à creaturis, & unico verbo,  
conformandi tam perfectè se ipso  
in omnibus, ut desinat esse, quòd  
erat, & esse incipiat, quòd est ip-  
se. Hic verus est amor, qui trans-  
format, & amantem rei assimilat  
amatae. Hem! quàm pauci hoc  
callent idioma, hanc capiunt & in-  
telligunt veritatem! Quandoqui-  
dem plerique & ferè omnes quæ-  
runt se ipsos, nonnisi etiam seip-  
sos inveniunt, & permanent sem-  
per in seipsis. Imaginantur qui-  
dem amare se Deum, edquòd de-  
siderent ipsum pro se ipsis; sed hic  
amor solummodò spei est, qui qui-  
dem est bonus, sed non est purus.  
O quàm pauci possident purum a-  
morem Dei! verum illum amo-  
rem, qui faciat amare Deum purè  
propter seipsum! Nos nunquam  
non nobis ipsis tam sumus vicini,  
ut semper aspiciamus nosmet ipsos;  
desideramus ardentè, ita Deum  
donare se nobis, ut, quidquid vo-  
lumus, faciamus cum illo; & nos  
dare absolutè & absque reservatio-  
ne nolumus nos ipsi, utipse, quòd  
voluerit, faciat nobiscum. O mi  
Deus! misericordis mea, misere-  
re miseris nostris! ô bone JESU!  
loque,

loquere cordibus nostris, & illa tum cognoscere, tum amare fac pulchritudinem puri hujus amoris, qui transformate nôrit in te animas nostras.

Affectus hic pijsissimi nostri Viatoris ita me alliciebat, ut nil aliud ex ore ejus excipere petoptâsem: Sed nonnulli è Societate, quibus

nondum satisfactum fuerat circa id, quòd intellexerant de Excellentijs Magni Sancti Joseph, plures ipsi proposuerunt quæstiones circa connubium ipsius cum Sanctissimâ Virgine, de quo nondum locutus fuerat; quibus ut satisfaceret, ita locutus est illis.

\* \*

## ARGUMENTUM.

*Magna felicitas Sancti Joseph, quod desponsatus fuerit Sanctissima Virgini.*

## ARTICULUS IV.

Admiranda  
vis contra-  
ctûs Matri-  
monij.

**R**es mira est consideratu, & quamcunque etiam considerationem impendamus, comprehendere non possumus, quousque extendat se vis ac robur contractûs matrimonij. Vir & mulier fuere ab initio non nisi una eademque res. Adam primus homo creatus fuit totus solus, & hæc sola persona humana erat simul vir & mulier, siquidem prima scemina non erat nisi quædam pars viri, quæ nondum separata erat ab ipso. Deus dividit hunc hominem in duas partes, & ex parte ipsius unâ effingit mulierem, quæ ipsi omninò erat similis, & quamprimum iterum illam unit & conjungit cum ipso per vinculum Matrimonij; vultque illam denuò fieri unam eademque rem cum ipso, hancque unionem esse tamque tam arctam validam, ut imitetur unio-

nem animæ cum corpore, ita ut nihil disrumpere ipsam possit, nisi eadem potentia, quæ animam à corpore dividit. Et est mors sola, quæ separare potest animam à suo corpore; similiter mors sola, quæ separare possit virum ab uxore suâ, & uxorem à viro suo.

Et ideo æquum omninò est, ut omnia communia sint inter personas conjugatas, ijdem honores, eadem divitiæ, ijdem affectus eadem sentia; & adjungi potest, eadem vita, idem corpus, & eadem anima, eoquòd non sint duo, sed unum quid. *Erunt duo in carne una*; Et in omni bono jure non habentur ambo, nisi pro unâ solâ eademque personâ. O Deus! ex hoc principio tam manifesto, tamque certo, quàm admirandæ deduci possunt consequentiæ, ad illustran-

lustrandam gloriam & inestimabilem felicitatem hominum omnium felicissimi Sancti & Magni Joseph.

1. Reg. 17. David cum adhuc juvenis esset & parvulus pastor, circumferens jam cor & animam magni Regis, eum videret insolentiam Goliathi & insultus, quos faciebat cuncto Israël. populo, sentiebat sat animi sibi esse ad congregandum cum ipso, & prosternendum prodigiosum hunc carnis Colossum: Oportet, ut triumphare faciam ipsius cæde potentiam Dei Israël, & gloriam nationis meæ; unde & voce altâ interrogare haud est ve-

Deus altius non potest extollere hominem, quàm dando illi sponsam Sanctissimâ Virginem.

ritus: *Quid dabitur viro, qui percussit Philistæum?* Responsum est illi: *Dabitur illum Rex divitijs, & filiam suam dabit illi;* Non potest altius extollere ipsorum, quàm faciendo, ut una eadè quæres, & quasi una eadèque persona evadat matrimonij vinculo eum Filiâ suâ, *Quid dabitur illi ex cunctis hominibus, quem maximè DEUS voluerit honorare?* Ipse est omnipotens, continet in thesauris suis, divitias inestimabiles, dico in omnibus thesauris suis, naturæ, gratiæ, gloriæ; *ipsum dabit Rex divitijs;* Deus possessioni ejus consignabit hæc omnia: Sed quòd his omnibus plus est; *Matrem suam dabit illi,* sponsam nempe & conjugem. Ecce maximum, quem conferre illi potest honorem: Extendat namque Omnipotens bra-

chium suum, quantum voluerit; ad sublimius gloriæ fastigium attollere non poterit purum hominem, quàm faciendo, ut mediante vinculo matrimonij evadat una eadèque res cum propriâ Matre suâ. O Deus, quantam excellentiarum immensitatem, quibus Sanctus noster coronetur Joseph; divinum hoc progignet matrimonium? O quanta hæc ipsi felicitas;

In primis omnes honorum tituli communes sunt maritum inter & uxorem: quando igitur in audio, quòd tota Ecclesia proclamet Sanctissimam Virginem, Reginam Patriarcharum, Reginam Prophetarum, Reginam Apostolorum, Reginam Martyrum, Reginam Confessorum, Reginam Virginum, & tandem Reginam Sanctorum omnium, dico; Ecce Reginam cum gloriosis suis titulis, ubi est Rex, qui communes illos habeat cum illâ? Et video Magnum Sanctum Joseph, omnibus hisce diadematis ex legitimo matrimonij sui jure coronatum. Quando video Reginam hanc nuncupari Matrem Dei? Et ostenditur mihi magnus Sanctus Joseph; Ecce tibi illum ita in Evangelio nuncupatum, & nuncupatum à Reginâ ipsâ Augustâ Sponsâ suâ: *Pater tuus & ego dolentes, querebamus te;* Non solum autem honorat ipsum nomine Patris, sicut ipsa gestat nomen Matris, eò quòd omnes honorum tituli ijdem sint pro uxore & mari-

Tituli honoris Sanctissime Virginis spectant quoque ad S. Joseph.

Luc. 2.

to, sed etiam primum locum cedit illi, eumque præponit sibi, sicut sœminarum exigit debitum: *Pater tuus, & ego.*

Quando video omnes pennas sacrorum Scriptorum occupatas exarandis Elogijs Sanctissimæ Virginis, & omnia ora Eloquentissimorum Sanctorum Patrum reserata ad divulgandam ipsius gloriam; quodque in totâ Ecclesiâ, & cuncta per sæcula resonent omnia admirabilis hujus Matris laudibus; dico. Hæc est sœmina, quæ suum sibi habet conjugem, & inter personas conjugatas omnia sunt communia, nihil hic adest divisum, omnes honorum tituli, qui spectant ad sœminam, spectant quoque ad maritum, ex jure ipsi acquisito per contractum matrimonij. O Deus! Si vellemus hæc proficui, quod nos deducerent, si videremus, quod omnes eximie prærogativæ, quæ attribuuntur Sanctissimæ Virgini, spectent quoque titulo justitiæ ad charissimum ipsius sponsum & conjugem: *Quia omnia, quæ sunt uxoris, sunt viri.*

Ipso tempore occupatio fuit communis.

Ambo ab æterno prædestinati sunt ad cooperandum magno mysterio Incarnationis & Redemptionis mundi, quæ universalis est felicitas, concernens gloriam Dei & æternam omnium hominum salutem; ambo exempti fuere à peccatis & ubertim referti gratijs, ut idonei essent ad exequendum di-

R. P. Isaac Consultas, Tom. II.

gnè immensum hoc negotium; ambo descenderunt è Regibus & Patriarchis, & omni eo, quod nobilissimum erat in Veteri Testamento; ambo devoverunt se Deo per votum Virginitatis; ambo habuerunt mandatum de conservandâ, nutriendâ & educandâ Sanctissimâ Humanitate Verbi Incarnati: Mater postquam produxerat ipsam è propriâ suâ substantiâ, nutrit quoque eam proprijs suis uberibus, Pater nutrit illam labore & operâ manuum suarum; & ambo possederunt pretiosum hunc thesaurum, eodem omnino corde; ambo conservârunt ipsum magis sollicitè, quàm propriam suam vitam. Et incomparabilis hæc gloria, quæ omnes in cælo Angeli non fuere digni, communis est utrique.

Hoc nondum sufficit: non solum honores, sed insuper omnes divitiæ conjugum æqualiter spectant ad utrumque, & eodem jure possidentur tum à sœminâ, tum à marito, ita ut, quod est unius, sit etiam alterius: Sic omnes immensi divitiarum Sanctissimæ Virginis thesauri verè spectant ad magnum Sanctum Joseph, castissimum ipsius Sponsum. O bone Deus! quantâ igitur locupletatus est felicitate magnæ huic desponsans te consorti, præcipuus, nobilissimus & ditissimus in toto universo & cunctis omnino sæculis! Quando S. Paulus discurret de sum-

P p mo

Rom. 8.

mo amore, quem Deus Pater exhibuit nobis, donando nobis Filium suum Unigenitum, hanc inde deducit consequentiam: *Quomodo cum illo non omnia nobis donavit?* An possibile sit, quod postquam nobis dedit totum hanc pretiosum cordis sui thesaurum non donarit nobis quoque cetera omnia, quae spectant ad ipsum? Jam formo eundem discursum circa argumentum Matrimonij Sanctissimae Virginis cum Sancto Joseph. Vides quantam dilectione ipsa adamaverit illum, dum se ipsam illi donavit, per vinculum scilicet matrimonij: an ergo possibile sit, quod postquam propriam suam personam donavit ipsi, non donaverit ipsi etiam omnia bona sua? Non certe, cum vera & legitima sit ipsius sponsa, adeoque, quae sua sunt, sint etiam ipsius.

Enarrare speciatim non possumus omnes illius divitias; nihilominus exploratum est nobis, ipsam summè esse divitem: non loquitur de hoc terrae pulvere, quem mundani homines insignire non dubitant bonorum Nomine, quaeque verius nuncupari possent mala, eoque qui possident illa immoderato cordis affectu, omnes miserabiles sint & infelices: Ipsa dives erat omnibus veris bonis, quae continentur in thesauris Dei; iterum enim assumo huc discursum S. Pauli: Cum Pater consue amaverit ipsam, ut ipsius reali ac

naturali possessioni consignaverit proprium & Unigenitum suum Filium, qui est totus thesaurus ipsius, & ipsūmet infinitam ratione reddit divitem; an cogitari possit, quod denegaverit ipsi quidquam ex omnibus ceteris ad se pertinentibus divitijs?

Agnoscamus universim tria genera thesaurorum Dei. Unus est thesaurus naturae, qui cum sit opus ipsius omnipotentiae, spectat totus integer ad ipsum velut ad Auctorem suum; Alter est thesaurus gratiae, qui opus est ipsius bonitatis, adeoque ad alium velunt quid proprium, spectare non potest, nisi ad ipsum solum: Et tertius est thesaurus gloriae, qui proprium est ipsius regnum, cuiusque plena & integra possessio, est proprium ipsius bonum. Omnes hi thesauri non sunt quidem aequales in valore, aequaliter tamen abundantes sunt & inexhausti; nihilominus dici potest, quod Deus quasi exhausserit illos, ad donandum ratione quadam illos omnes Sanctissimae Virgini, donando ipsi Unigenitum suum Filium, velut totidem Eximias dotes, ad possidendum dignè sublimissimam dignitatem Matris Dei: *Quomodo enim cum illo non omnia illi donavit?*

Vis intueri, quomodo Deus omnipotentem manum suam in omnes suos mittat thesauros, ut ea omnia, quae trahit inde, consignet in manus & possessionem

MA.

Deus habet tres thesauros inexhaustos, quos donat Sanctissimae Virgini & S. Joseph

Ecl.

Tot  
ra c  
pro  
Ch  
San  
Ma

P.

MARIE, divinæ Matris suæ : aspice, quid faciat ex thesauro naturæ. Ipse prædestinavit eam omnium primam cum Filio suo Unigenito, & exin creavit cetera omnia pro ipsis, ad conferendum hæc in illos velut munus quoddam & donatum. Quid sibi hoc vult? Ecclesia, quam Sanctus moderator Spiritus, Sanctissimæ Virginis inserit ori hæc verba, quæ desumpta sunt ex capite 28. Ecclesiastici: *Ab initio & ante secula creata sum.* Affirmat nobis, ipsam creatam esse omnium primam, ab initio ante cuncta secula. Hoc intelligi non potest, quantum ad executionem, nec quantum ad existentiam actualem, siquidem ipsa producta non est realiter, nec ante mundum, nec ab initio mundi; verum tamen est, illam omnium primam esse ex creaturis cum Filio suo Unigenito in intentione Dei: ipsa igitur finis est, ob quem tota natura creata fuit; hæc igitur tota spectat ad ipsam juxta veram Dei intentionem: Et hoc mirabile videri non debet.

Si Sanctus Paulus scribens ad Christianos Corinthi incolas, postquam longam tenuit illis enarrationem de mundo, de vitâ & de morte, de rebus presentibus & futuris, tandem adjungit: *Omnia vestra sunt; vos autem Christi, Christus autem Dei: quanto æquiori jure dici potest ad Sanctissimam Virginem: Omnia tua sunt;*

Tua sunt omnia, ô suprema rerum creaturarum omnium Domina; cælum, terra, astra & elementa, plantæ & animalia, Angeli & homines: Omnia pro te facta sunt, & tua sunt, & tu unice es JESU CHRISTI, & JESUS Christus est Dei Patris sui; Et si Deus dixit aliquando Sanctæ Theresiæ, quæ temporum nostrorum extitit prodigium: *Noveris, Filia mea, quod Sancta Theresi mundum aliam ob rationem non creasset, creata ipsam voluisset propter te solam* an mirum sit, si dicatur, Deum creasse mundum, totamque produxisse naturam propter Sanctissimam Matrem suam. Omnia igitur ipsi sunt subdita, omnes creaturæ reverentur ipsam, obtemperant ipsi, omnes mundi nationes & generationes beatam prædicant ipsam; non nisi infernus cum asseclis suis est, qui ipsam contemnat. Sic totus naturæ thesaurus exhaustus est, ad ipsam locupletandam, & tamen minima hæc divitiarum ipsius est portio.

Secundus thesaurus Dei, qui thesaurus est gratiæ, incomparabiliter magis locupletat ipsam. Quod ut nobis persuadeat, Sancta Ecclesia, appellari, à nobis vult ipsam in Lyranis, Matrem divinæ gratiæ: Mater includit totum infantem in utero suo, & possidet ipsum totum integrum: Si confideres cum reverentiâ, quid inclusum sit in utero Sanctissimæ Virginis, non videbis, nisi divinam

Ecl. 28.

Tota natura est facta pro JESU Christo, & Sanctissima Matre ejus.

1. Cor. 3.

gratiam, eòquòd Filius Dei incarnatus complectatur in se omne inexhaustum mare gratiarum, quæ sanctificare possunt tum Angelos, tum homines: Nónne igitur manifestè constat, consignatam ipsà esse possessionem totius thesauri infinità ratione divitis gratiarum Dei?

Tota gratia à JESU Christo est facta præcipuè pro sanctissimâ Matre suâ.

S. Hieron. serm. de Assumpt.

Verum quidem est, non ipsi soli apertum esse pretiosum hunc gratiarum Dei thesaurum, cæteris autem omnibus mansisse obseratum: Non; Bonitas ipsius tanta est, ut participes ipsius velit reddere omnes peccatores; sed verum etiam est, præcipuè & principaliter totum hunc divitem thesaurum pro ipsâ esse destinatum, & si alij ex eò aliquam accipiant portionem, hic majorem, ille minorem, ipsam possidere illum totum integrum, absque ullâ diminutione: Ita loquitur Sanctus Hieronymus: *Cæteris per partes, in MARIAM verò totius gratia plenitudo venit.* Ipsa illius est Domina, possidens ipsum non velut rem à se factam, sed velut bonum sibi dono relictum. Ipsa illius est dispensatrix, velut prudens Oeconoma totius domus DEI, eòquòd juxta commune idioma Sanctorum Patrum, nullam accipiamus à Deo gratiam, nisi mediatrice ipsâ & potenti ipsius intercessione. Ecce igitur secundum quoque thesaurum Dei, illum nempe gratiarum, totum

consignatum manibus & possessioni Sanctissimæ Virginis; Et hæc secunda divitiarum ipsius est portio, sine comparatione major & pretiosior primâ.

Et quantum ad tertium, qui thesaurus est gloriæ, cogitandum & loquendum de ipso est, sicut de illo gratiæ, eòquòd ipse aliud non sit, quàm eadem gratia in fructu suo, & in totâ maturitate suâ; & mensura gloriæ in omnibus animabus, semper sit illa gratiæ, quam possiderunt. Dicendum igitur est, quòd sicut Deus induxit Sanctissimam Virginem in possessionum omnium thesaurorum gratiæ suæ, induxerit etiam ipsam in plenam cunctorum thesaurorum gloriæ suæ possessionem. Nónne hoc sit mysterium absconditum sub velo magni illius signi, quod monstratum est Sancto Joanni, & descriptum ab ipso, capite Apocalypseos suæ duodecimo: *Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta Sole.* Apoc. 12.

Quòd aliqua mulier, quæ majoris non fuerit altitudinis, quàm quinque vel ad summum sex pedum, adhibeat omne textile aureum solis, qui solus centies sexagesies sexies major est universo terrarum orbe, ad conficiendum sibi ex eo amictum summâ coruscantem luce ac Majestate: Quid nobis vult vel potest id innuere? nisi quod Sanctissima Virgo vestita & amicta sit toto ac omni

prog.

prorsus thesauro gloriæ. Si auferres totum è cælo solem, quid remaneret ipsi luminis; & si auferres Paradiso omnem gloriam, quâ circumfusa est Sanctissima Virgo, velut paludamento quodam regio, suæ gloriæ proportionato, nonne dici posset, non relinquendam ipsi fore nisi paupertatem, eodquod ipsa secum auferret omnia? Et nihilominus, licet hæc mulier amicta fuerit sole hincque factus non esse videretur, nisi ut serviret ipsi soli; luna, quam habebat sub pedibus suis, non cessabat tamen resplendere lumine sibi à sole communicato; & tantum abest, ut hæc exarserit invidiâ in mulierem illam, utpote supra se exaltatum, & totum quasi dominium solis sibi usurpantem quatenus ex eo sibi pararet amictum, ut potius ex eo sibi complacuerit, ipsique retulerit in acceptis, quod ex abundantia sui luminis communicaverit sibi, ad locupletandam se non minus, quam exornandam.

Quid facere nos possumus miserii mortales, reptantes super terram? nisi quod aspiciamus nos velut hanc lunam sub pedibus magnæ hujus Reginae cælorum, & parvulos quosdam radios gloriæ, cujus totus thesaurus circumfundit ipsam, expectemus & efflagitemus ab ipsâ profundâ cum humilitate, corde fervido, & Sancto Zelo, cum Guerrico Abbate:

*O MARIA saturate gloriâ Filii tui, & dimitte reliquias tuas parvulis tuis.* O divina MARIA, fructe bonis avibus, & affluenter te satias, dilecti Filii tui gloriâ, cujus totum possides thesaurum; gratulamur nos felicitati tuæ, & lætamur de gaudij tui magnitudine; sed aspice nos sub pedibus tuis, emolliatur cor tuum miserijs nostris, & ex tuâ aliquid nobis largire abundantia.

Adunemus modò omnes Sanctissimæ Virginis divitias, & non nisi unum ex ijs construamus acervum; possidet ipsa proprium Filium Dei, qui essentialis thesaurus est, necessarius, infinitus & æternus Dei Patris sui: Hic Patet cum præcipuum ac summum hoc donum fuerit MARIÆ impertitus, utique nihilominus ei dare è cæteris bonis suis: Siquidem, *quomodo cum illo non omnia illi donavit?* Ipsa igitur possidet tres magnos thesauros Dei, qui sunt extra ipsum: Et sunt ille naturæ, ille gratiæ ille gloriæ; fatere locupletissimam hanc esse personam, quæ fuerit producta unquam ab Omnipotenti brachio Dei. Verùm hæc filia & Virgo est matura nuptijs, apta viro: Quis tantæ Virginis dignus erit connubio? tam auspiciatam sortem soli Sancto Joseph destinavit Deus ab æterno, tam insigni connubio cupiens locupletare illum supra omnes Sanctos, tum militantis, tum triumphantis Ec-

Immensæ divitiæ, quas S. Joseph acquisivit, desponsando se Sanctissimæ Virgini.

tagloria  
ctac ad  
tur, &  
t illum  
Sanctiss  
am Virg  
tem,

De. 16.





clesiæ; edquod certum sit, omnia formæ & uxoris bona, spectate quôque ad Virum. O magne Sancte Joseph, quanta te beavit felicitas, dum Virginis Sanctissimæ aucupatus & nactus es nuptias! ô magne Sancte Joseph, quantæ te mansere in auspicio illo die divitiæ, dum illigasti te conjugio, cum ipsâ Dei Genitrice! siquidem nihil est in cunctis Patris celestis thesauris, quod electæ & perdilectæ huic cordis sui Filiz non fuerit impertitus: Tu locupletatam invenis ipsam omnibus hisce immensis divitijs, & dum jungis te illi, ipsa tradit se tibi cum omni eo, quod possidet; cum enim ita te diligit ut propriam suam tibi consignet & donet personam, quomodo negare tibi poterit vel minimam omnium bonorum, quibus affluit portionem? Quomodo cum illâ non omnia tibi donavit? ô Magne amice Dei, quàm magnam omnes tum Angeli, tum homines, præcipuè ij omnes, quos ceu tuos foves clientes, habent ansam dilatandi præ gaudio cor suum, & tuæ congratulandi, quam nactus es, inestimabili felicitati!

Magna felicitas Sancti Joseph, dum possidet cor Sanctissimæ Virginis,  
 An rem ulteriùs urgeam, ut in majorem adducam te admirationem felicitatis altissimæ, quam obtinuit, dum iniit connubium cum Sanctissimâ Virgine? An dicam, quod præcipua & pretiosissima connubij sui extiterit dos

& antiphetna, possidere Cor plenè Charissimæ suæ Sponsæ? & in hoc Corde, quis poterit explanare, quantum divitiarum inestimabilium abundantiam accumulaverit manus Dei! Audi loquentem hæc super te unum è fidelissimis & ferventissimis, qui fuerint unquam, amborum horum conjugum, servis, qui est Sanctus Bernardinus Senensis, magnum hoc Ordinis Seraphici Jubar: *Quia omnia, quæ sunt uxoris, sunt etiam viri, credo, quod Beatissima Virgo totum thesaurum Cordis sui, quem Joseph recipere poterat, illi liberalissimè exhibeat.* Teneo igitur, nullam fuisse virtutem tam perfectam, nullum affectum tam nobilem, nullam gratiam tam abundantem in Corde divinæ hujus Sponsæ, quæ pariter non fuerit in castissimi ipsius Sponsi animo & Corde.

An dicam tibi, quod ratione quadam ipse cessaverit esse homo, sicut alij homines, ut evaderet totus similis Sanctissimæ Matri Dei, quando adactus est gloriæ, ut fieret & esset Sponsus ipsius; siquidem tum sapientiz, tum æquitatis obtinet regula, ut non fiat, nec ineantur connubia, nisi inter Personas, quantum fieri poterit, æquales; vix enim conspectum est unquam, quod connubia inæqualia alios, nisi malos, produxerint effectus: *Si cui vis aptè nubere, nube pari.* Credo quod  
 S. Jos

S. Bernardi  
 nis sermo  
 de  
 laudibus  
 Josephi

S. Joseph. Quasi infinita ratione, fuerit inferior adeoque impar excellentiis Sanctissimæ Virginis ante Matrimonium suum. Ut igitur Deus, qui ipsemet factum hoc instruxit conubium id faciendo, non conjungeret personas inæquales, Sanctum Joseph Sanctissimæ Virgini jungendo sponsam, eodem tempore cunctis ipsum exornavit excellentiis, cunctis instruxit perfectionibus necessarijs, quibus dignus ipseus consortis effici mereretur.

Quantò plura circa ingens hoc argumentum vobis loquor, tantò plures invenio excellentiarum immensitates, quibus absorbeor, cogitationes meæ confunduntur, & animus meus nimio offenditur & obtunditur lumine. Ne urgeatis me ut ultra progrediar, aliàs dilabemur in labyrinthum, unde difficillimus, imò, vix ullus vobis patebit exitus; Non, non, responderunt simul plures à concione, toti jam exsaturati ex eo, quod dixerat, sufficit, maneamus absorpti delectabilibus hisce abyssis nec inde egrediamur; satis sit no-

bis admirari, quamvis comprehendere non possumus, prærogativas & excellentias Magni Sancti Joseph, possidentis honorem, quòd sponsus sit & conjux Virginis Sanctissimæ.

Societas videbatur contenta, & jamjam expedita ad recedendum, tum dixi illis: Expectate, Domini mei, quoad informer circa aliquam difficultatem, quæ meo adhuc inhaeret animo. Novè vi usitatissimè vocari Sanctum Joseph Sponsum Sanctissimæ Virginis, nec dubito, quin verum sit; nihilominus legi in pluribus Sanctis Patribus, Spiritum Sanctum vocari ab ipsis Sponsum Virginis; adhuc edoctus sum parvam quandam oratiunculam, quæ admodum devota mihi videtur, ubi Sanctissima Virgo hisce verbis salutatur: Ave Filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filij, Ave Sponsa Spiritus Sancti. Nuncupatur igitur Sponsa Spiritus Sancti. Ubi primum meam intellexerunt difficultatem, tota societas suo resedit loco & Viator noster ita locutus est nobis.



ARGU.

## ARGUMENTUM.

*Spiritus Sanctus & Sanctus Joseph sunt velut duo  
Competitores, quorum uterque jus habet, ut nominetur  
sponsus Beatissima Virginis.*

## ARTICULUS V.

**V**erum est, in antiquâ lege  
permisum fuisse à DEO  
eidem viro, plures simul  
habere uxores; sed nunquam per-  
mittere visum est eidem sc̄eminæ  
simul plures habere maritos. For-  
tassis ideò, quòd hoc sit de essen-  
tiâ Matrimonij, & Sacræ unionis  
JESU Christi cum Ecclesia; jam  
non nisi unus solus est JESUS Chri-  
stus, qui sit Sponsus, sed plures  
sunt Ecclesiæ, quæ sint illius Spon-  
sæ. Militans quæ est in terrâ,  
Triumphans, quæ est in cœlo, &  
Patiens, quæ est in purgatorio,  
quæ omnes eandem charitatis  
sanctæ unionem habent cum ipso,  
quæque omnes ipsius sunt sponsæ;  
& forsitan pluralitas sc̄eminatum  
pro uno solo viro permisa erat in  
lege antiquâ ad representandum  
hoc mysterium: *Mysterium hoc  
magnum est*, inquit Sanctus Apo-  
stolus Paulus; *Ego autem dico in  
Christo & in Ecclesiâ*. Nihilomi-  
minus videmus, quòd Sanctissima  
Virgo, quæ benedicta est inter  
mulieres, eòquòd sit gloria illa-  
rum omnium, duos habeat spon-  
sos, Spiritum Sanctum ex unâ, &  
Sanctum Joseph ex alterâ parte.

Ambo jus habent possidendi il-

lam, velut sponsam suam, eòquòd  
ipsa se totam consecraverit utri-  
que, & ipsorum jus clarè perspi-  
ciatur in Scripturâ. Quantum e-  
nim spectat ad Spiritum Sanctum,  
videmus, quòd in instanti, quo  
Angelus nuntiavit ei, futurum ip-  
sam Matrem propriis Filij Dei,  
ipsaque responderet, se nullum  
cognoscere virum, declaravit is  
ipli, Spiritum Sanctum hujus pro-  
digij fore Auctorem: *Spiritus San-  
ctus superveniet in te*; & dein idem  
Angelus declaravit Joseph, qui  
attonitus hærebat aspiciendo Vir-  
ginem gravidam, cum Virginem  
cognosceret ipsam, & quidem  
puriorum Angelis in cœlo, quòd  
id, quod erat in ipsâ, opus esset  
Spiritus Sancti: *Quod enim in ea  
natum est, de Spiritu Sancto est*.  
Et Symbolum nostrum ad cre-  
dendum nos obligat velut articu-  
lum fidei; quòd filius Unigenitus  
admirabilis hujus Matris, conce-  
ptus fuerit in castissimo ipsius ute-  
ro per operationem Spiritus San-  
cti. *Qui Conceptus est de Spiritu  
Sancto*. Certum igitur est, Spiritum  
Sanctum vere esse sponsum Beatis-  
simæ Virginis.

Et

Quare per-  
missum  
fuerit anti-  
quius, vi-  
rum plures  
habere mu-  
lieres.

Ephes. 5. v.  
32.  
Sanctissima  
Virgo ha-  
buit simul  
duos spon-  
sos.

Matth.

Luc. 2.

Luc. 1.

Quòd  
sanct  
Virgo  
bueri  
spon  
spirit  
sanct  
& Jo

Matth. 7.

Et quantum spectat ad Sanctum Joseph, Evangelium dicit nobis in tot locis, verbisque tam manifestis, quod ipse sit verè ipsius sponsus & maritus, ut dubitari de eo non possit: *Noli timere accipere MARIAM conjugem tuam;* Dicitur ad Sanctum Joseph; & nominatur ipsi MARIA ex proprio suo Nomine; & asseritur, quod sit ipsius Conjux. Alia vice verbis æquè claris dicitur ipsi: *ut profiteretur cum MARIA desponsata sibi uxore* Et tandem tam universalis est fides totius Ecclesie, quod Sanctus Joseph sit verus & legitimus sponsus & Conjux Sanctissimæ Virginis, ut nemo contradicere audeat, nisi sit hæreticus. Ipsa igitur simul habet duos sponfos, Sanctum Spiritum & Sanctum Joseph Sanctum Joseph, & Sanctum Spiritum. Sed quomodo hoc esse potest?

Quomodo  
Sanctissima  
Virgo ha-  
buerit duos  
sponfos  
Spiritum  
Sanctum &  
S. Joseph.

Estne eadem ratione, quæ JESUS Christus habet duos Patres, Patrem suum æternum, qui genuit ipsum ex propria sua substantia ante cuncta sæcula, & Sanctam Joseph, qui nutrit ipsum labore manuum suarum in sæculorum medio? non: Quamvis enim ambo portaverint Nomen Patris respectu ipsius, nihilominus non nisi unus erat, qui verè & propriè fuerit ipsius Pater, & alter non erat, nisi secundum apparentiam; sed hæc Sanctus Spiritus & Sanctus Joseph verè sunt

A. P. Hanc Consultat. Tom. III.

duo sponfi Sanctissimæ Virginis.

Estne igitur ita, sicut dicebamus, quod Sanctus Joseph sit umbra Patris æterni, qui abscondat velut sub umbrâ alicujus veli splendorem magnarum veritatum circa paternitatem divinam respectu Verbi Incarnati? Estne ita, quod Sanctus Joseph sit velut umbra Spiritus Sancti, quæ abscondat sub umbrâ Matrimonij, quod apparet, veritatem Matrimonij invisibilis, sed summè realis Spiritus Sancti cum Matre Verbi Incarnati? plures adessent hæc rationes ita loquendi, nihilominus dici non potest in rigore, quod Sanctus Joseph non fuerit nisi umbra mariti, & non verus maritus: Edquod vetum sit, quod verum contraxerit matrimonium cum Sanctissimâ Virgine, quo tribuitur illi actuale & legitimum jus possidendi ipsam veluti rem ad se spectantem. Quodnam igitur arcanum est magni hujus mysterij! Ecce tibi illud.

Reduc in animum legem illam veteris Testamenti ordinantem! *Quando habitaverint fratres simul & unus ex ijs absque liberis mortuus, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui, & suscitabitur nomen ejus ex Israël: Et hoc provide, ad conservandum sem-*

Deut. 25. vj

S. Spiritus  
Sanctus  
egit cum  
Sancto Jo-  
seph, velut  
cum fratre  
suo natu  
majori.

per lineam directam descendenti-  
tium inter majores & avos Messiz,  
quem expectabant. Sed videtur  
id insuper factum esse ex insigni  
quodam mysterio, ad declaran-  
dum nobis arcanum duplicis hu-  
jus Matrimonij Virginis Sanctissi-  
mæ cum Spiritu Sancto, & San-  
cto Joseph. Observa hic legem  
impletam esse ad literam: liqui-  
dem Sanctus Joseph obstrinxerat  
se conjugio, sed poterat dici,  
ipsum mortuum esse sine liberis,  
eòquòd votum Virginitatis, quod  
simul cum castissimâ sponsâ nun-  
cupavit, eo ipso tempore, quo  
nuptiis se dedit, æquè inhabilem  
ipsum effecerat ad generandum  
filios quàm si ipsi sint mortui:  
Sanctus Spiritus ergò honorare  
illum volens, accipit & adhibet  
ipsum velut fratrem suum Natu  
majorem, vult esse sponsus, uxoris  
quam reliquerat sine liberis; &  
progignit ex ipsâ Filium.

Cur non di-  
cetur, quod  
Spiritus  
Sanctus sit  
Pater JESU  
Christi.

Sed cui attribuitur Filius hic  
unicus? observatur hic lex, non  
attribuitur Spiritui Sancto, quam-  
vis verè contulerit ipse fecundi-  
tatem Sanctissimæ Virgini; non  
enim dicitur, quòd Spiritus San-  
ctus sit Pater JESU Christi, eò-  
quòd non produxerit ipsum ex  
propriâ suâ substantiâ; hoc non-  
nisi spectat ad Patrem æternum  
& Sanctissimam Virginem, quo-  
rum ille est verus ipse Pater, hæc  
vera ipse est Mater; sed attri-  
buitur Sancto Joseph, qui æsti-

mabitur, & etiam nuncupabitur  
Pater ipse, quamvis nullam in  
generatione ipsius habeat partem,  
nisi quod genitus sit ex fœminâ,  
quam habebat is conjugem, licet  
ipse nullum ex ipsâ susceperit pro-  
lem: Nihilominus æstimatur Pater  
ipse, & glorioso hoc condecoratur nomine, *Pater tuus & ego.* Luc. 1.  
O mysterium admirabile horum  
duorum sponsorum ejusdem Vir-  
ginis! ambo possident ipsam abs-  
que æmulatione & absque Zelo-  
typia: Partiantur inter se officia,  
quæ conferunt tum dilatandæ  
gloriæ Dei, tum promovendi  
bono dilectæ sibi sponsæ, & per  
hoc reciprocè se invicem afficiunt  
honore, mutuâ locupletant &  
exornant gloriâ.

Origenes asserit, quòd Spiritus Sanctus conferens Sanctissimæ Virgini fecunditatem, honoraverit Sanctum Joseph nomine glorioso Patris Salvatoris mundi: *Honoravit eum Spiritus Sanctus Patris vocabulo*: Et Sanctus Joseph conservans sollicitè Virginitatem perdilectæ suæ sponsæ honoravit Spiritum Sanctum fervore ac Zelo, quo nunquam non exarsit erga sanctitatem Templi sui. Abbas Rupertus huic superaddit, quòd Spiritus Sanctus, qui sacer est nodus Patris & Filij in æternitate: fuerit in tempore vinculum conjugale, purissimè uniens MARIAM & Joseph; quòdque ipse reddiderit unum Patrem & alteram

Origenes  
hom. 17. li  
cap. 2. Lt  
ca.

Rupertus de  
gloriâ Filij  
hominis.

ram Matrem Verbi Incarnati. *Am-  
borum conjugalis amor.*

Cur San-  
ctissima  
Virgo ha-  
buerit  
sponsum  
visibilem  
& invisibi-  
lem.

Omnia hæc videbantur mihi  
admodum consentanea rationi,  
nec parùm me oblectabant, ni-  
hilominus alia occupabat ani-  
mum meum cogitatio circa con-  
cursum duorum Virginis Sanctissi-  
mæ Sponsorum, quorum unus  
visibilis, alter invisibilis erat;  
& ita discurrere mecum ipso:  
Nonne idè id erat, quòd pro-  
gignere debebat ipsa Filium, qui  
omniò simul visibilis esset & in-  
visibilis; visibilis homo & invisibilis  
Deus: quandoquidem divi-  
nus ipsius Fihus visibilis esse de-  
bebat & corporalis, oportebat  
habere ipsa sponsum visibilem  
& corporalem, & quia etiam esse  
debebat Deus invisibilis & purè  
spiritualis, oportebat etiam habe-  
re ipsa sponsum invisibilem &  
purè spiritualem.

Vel an idè hoc fuerat, quòd  
Sanctissima Virgo futura esset  
Mater duorum Corporum JE-  
SU Christi: Corporis ipsius na-  
turalis, quod præparabat ipsi ex  
propriâ suâ substantiâ, quòdque  
in castissimo suo efformabat ute-  
ro; & Corporis ipsius mystici,  
quod est Ecclesia, quam indies  
adhuc progignit in universâ terrâ  
per operationem Spiritûs Sancti?  
Congruum namque erat, ut cum  
dederit Filio Dei Corpus natura-  
le & mortale, haberet etiam spon-  
sum naturalem & mortalem, cui

curæ esset ipsum alere & nutrire,  
qui erat Sanctus Joseph; cùmque  
dederit etiam ipsi aliud quoddam  
Corpus mysticum & spirituale,  
ipsa etiam haberet sponsum spiri-  
tualem & mysticum, qui erat  
Spiritus Sanctus.

Sed ut verum fatear, non est  
Sanctissima Virgo, quæ produ-  
cat Corpus mysticum JESU Chri-  
sti in quantum id compositum est  
ex pluribus personis visibilibus,  
materialibus, & mortalibus uti est  
rota multitudo fidelium, quæ est ip-  
sius Ecclesia; dici tamen potest, ip-  
sam esse, quæ conferat animam toti  
huic magno Corpori, in quan-  
tùm agit per potentem suam in-  
tercessionem, ut semper anima-  
tum existat Spiritu Sancto, qui  
cum divinus ipsius sit sponsus, im-  
pertitur ipsi speciale jus disponen-  
di cum gratiis suis, & illarum ob-  
tinendi ab ipso copiosam distri-  
butionem, quibuscunque volue-  
rit, eòquòd omnia bona sponsi  
pertineant quoque ad sponsam.  
Sicut igitur verum est, quòd Sanctus  
Joseph maximâ locupletatus  
sit felicitate, desponsando sibi  
Sanctissimam Virginem, cum per  
hoc inductus sit in possessionem  
omnium inestimabilium bono-  
rum ad ipsam pertinentium, ita  
verum quoque est, quòd Sanctis-  
sima Virgo summam sit nata feli-  
citatem, dum facta est sponsa  
Spiritus Sancti, eòquòd posses-  
sionem per hoc obtineat omnium  
bono-

Qq 2

S. Augustinus  
serm. 186.  
Pulchra  
doctrina S.  
Augustini  
circa Cor-  
pus mysti-  
cum JESU  
Christi, ap-  
plicabilis  
moribus.

honorum, quæ suis complectitur thesauris.

Desuper pius noster & Doctus Viator, velut ad confirmandum id quod dixeram, vel potius ad colligendum ex eo fructum, exposuit nobis pulchram doctrinam, quam haulerat ex sermone octogesimo sexto Sancti Augustini, ubi dicit, quod, sicut anima nostra est vita naturalis nostri Corporis, & principium universale omnium ipsius operationum, ita Spiritus Sanctus sit vita supernaturalis nostræ animæ, & universale omnium ipsius honorum operum principium: Nostra est anima, quæ communicat vitam, sensum, & operationem cunctis partibus nostri Corporis; ipsa est, quæ videt per oculos, quæ audit per aures, quæ odoratur per nares, quæ loquitur per linguam; ipsa est, quæ ambulat per pedes, quæ agit per manus, quæ laborat per brachia, quæ onera portat per humeros; ipsa est, unico verbo, quæ conservat totum Corpus, quæ confert ipsi omnes suos motus, illudque operari facit in omnibus & per omnia.

Ephes. 1)

Sic Spiritus Sanctus non solum est anima animæ nostræ particularis sed anima universalis totius hujus magni Corporis Ecclesiæ, cujus JESUS Christus est caput, dicente Apostolo S. Paulo: *Ipsam dedit Caput super omnem Ecclesiam*; Spiritus Sanctus est, qui

impertitur vitam & actionem toti huic magno Corpori; ipse videt per ipsius oculos, id est, ipse illuminat omnes Pastores, ut invigilent & vigilanter intendant gregi suo; ipse audit per aures, id est, ipse attentos & sollicitos reddit & tenet Confessarios in officio tam laborioso, tamque charitativo auscultandi Confessiones, & administrandi Sacramentum penitentiae: Ipse odoratur per nares, id est, ipse largitur magnis præsulibus prudentiam & sapientiam, ad percipiendum malignum odorem perversorum dogmatum, quæ corrumpere possent fidem Ecclesiæ: Ipse loquitur per linguam, id est, ipse vocem & verba suppeditat prædicatoribus, ad annuntiandum liberè & cum fervore Evangelium: Ipse ambulat per pedes, id est, ipse dirigit Missionarios per mare, per terras, ad introducendum ubi vis gentium cognitionem JESU Christi, ibique ipsius stabiliendum imperium. Ipse agit per manus, id est, ipse exstimulat ad opera misericordiae tot Personas charitate accensas, ut faciant Eleemosynas, subsidiùmque afferant miseris in ipsorum domibus, in carceribus, in xenodochijs, & cunctis locis, ubi cognoverint illorum necessitates: Ipse laborat per brachia, id est, ipse impellit tot generosas animas ad agendum & tolerandum absque comparatione plura pro gloria Dei, & salute pro-

Spiritus  
Sanctus est  
anima uni-  
versalis to-  
tius Corpo-  
ris Ecclesiæ,  
cujus om-  
nia mem-  
bra operari  
facit divi-  
simodè.

1, Co

Amo  
tonc  
debe  
stud  
Chr

proximorum, quàm studiosissimi quique mundi affectæ vel agant, vel patiantur ad accumulandas suas opes, vel comparandos sibi honores: Intuere uno eodémque oculo omnem multitudinem magnarum actionum, quæ exaltantur in universâ Ecclesiâ: aspice omnia bona, quæ agit, omnes tribulationes, quas tolerat, & innumera, quæ suffert mala; totum hæc magnum Corpus nonnisi unam habet animam, quæ operari facit ipsum hæc omnia; unus & solus est Spiritus Sanctus, qui ipsum animet, qui ipsum moveat, qui ipsum conservet, quique ipsum moderetur & dirigat. *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult.*

Estne ita? dicebam ipsi: oportet ergo tam arctam esse unionem, tamque perfectam correspondentiam, inter omnia membra magni hujus Corporis, & Sanctæ Ecclesiæ eodem Spiritu animatæ, sicut est inter omnia membra Corporis nostri naturalis, quæ nonnisi unâ eadémque vivificantur animâ: oportet ergo quemvis nostrum moveri bonis vel malis alterius, & promptè succurrere illi, qui indigerit, sicut videmus unam corporis nostri partem malum sentire alterius, & quantocyus ipsi afferre opem: Non ergo oportet regnare divisiones, controversas, & schismata in corpore

Ecclesiæ, eodémque animatum sit nonnisi uno eodémque spiritu; & membra ipsum componentia non oporteret sibi invicem adversari, se invicem discerpere & devorare, non minùs, quàm videatur, quòd membra Corporis humani se invicem non mordeant, se invicem non dilacerent, & discerpant, nisi sint membra hominis phrænetici, mente capti, vel rabiosi.

Quid intendis? respondit mihi suspirando & aspiciendo cælum: Verum est quidem, Corpus Ecclesiæ consideratum in suâ integritate, nonnisi uno eodémque animari Spiritu Sancto: Sed quot sunt membra ipsius, quæ sint mortua, quæque non recipiendo divinos hocce influxus vitam communicantes, sint opprobrium totius Corporis, & tormentum aliorum membrorum ipsum componentium. Contremisco, dum considero, quòd sufficiat unicum duntaxat peccatum mortale habere in suâ animâ; ut amplius animata non sit vitâ, quam Spiritus Sanctus largitur Ecclesiæ; & quandò vitâ hæc divina deserit animam, in quàm miserabilem ipsa redacta sit statum: an mirandum sit, si ipsa haud difficulter non credat veritates religionis! si facile feratur ad sectandas novas doctrinas? si patriat divisiones & schismata, quæ perturbent Ecclesiam: quando animata amplius non est Spiritu Sancto, quidvis amplecti ipsam, nisi

Q q 3 oogni-

Amori & concordiæ debent studere Christiani.



cognitionem & directionem proprii sui Spiritus?

Ubi est charitas divina, quam habere debet anima, tum ergo se ipsam, tum erga suos proximos, quando exiit hanc vitam Spiritus Sancti, qui sacrum est vinculum, quod unita & conjuncta simul servat omnia membra magni hujus Corporis, quæ sine ipso non nisi summè propendent ad se partendum, seque dividendum, sequente quovis propensionem suam particularem prorsus adversam alijs? An mirandum sit, quòd totus ferme mundus aliud non amet, nisi seipsum, & aliud non æstimet, nisi propria sua commoda, & ea, quæ sua sunt, sicut inquit S. Paulus, nunquam non accinctus & expeditus ad oppugnandum, ad mordendum, ad disperendum suum proximum levissimam & sæpè nullam ob causam? Quo spiritu credis ipsum animari, quando divino hoc non animatur Spiritu,

qui primogenitus est totius Ecclesie, nisi suo particulari, qui non nisi cœcitas est, perturbatio, corruptio, malitia & miseria? Et quid facere is potest, non nisi hoc animatus Spiritu; nisi abripi omnis generis immoderationibus? O quàm infelix est anima, quæ habitaculum non est Spiritus Sancti; necesse enim sit habitaculum ipsam esse Spiritus, immundi; & quanta abominatio possideri à diabolo in ipsâ suâ animâ!

Verùm credo, unum ex efficacissimis medijs, quibus præservare nos possimus à miserando hoc statu, nosque semper conservare vivos vitam divinam, quàm Spiritus Sanctus confert animabus sibi fidelibus, esse specialem devotionem erga Sanctum Joseph; auscultate me adhuc paulisper, ostendam vobis id tam evidentes, ut sperem, eandem vos mecum opinionem amplexuros.

\* \* \*

## ARGUMENTUM.

*Magna prerogativa eorum, qui speciali devotione venerantur Magnum Sanctum Joseph.*

### ARTICULUS VI.

**Q**UAMVIS præcipua & universalis intentio omnium bonarum animarum sit tendendi ad Deum, obtinendi ipsius misericordiam, ipsi placendi, & perficiendi semetipsos; nihilomi-

nus media, quæ eligunt ad obtinendum hosce fines, non semper sunt eadem. Cum enim quavis harum animarum suum habeat gustum circa devotionem non minus, quàm cætera omnia, hinc una ample-

plectetur devotionem & imitationem unius Sancti, alia devotionem & invocationem alterius. Beatum æstimamus in sæculo, cui potens in aulâ sit amicus, qui polleat Principis gratiâ, cui facillimas is præbeat aures, eòquòd speremus obtinere per ipsum omnia, quæ volumus. Verùm beator æstimandus est ille, cui in aulâ cœlesti protector sit potens apud Deum, cum mediante ipso obtinere ab illo possit omnium abundantiam gratiarum, si liberum foret unicuique comparare sibi amicum, quem vellet, in aulâ, ipsumque eligere ceu protectorem suum, nõnne credis omnes electuros illum, qui maximo polleat apud Principem favore & gratiâ? Jam in totâ amplissimâ Regis gloriæ aulâ, quâ nonnisi ipsius est plena amicis, liberum est nobis eligere illum, quem nobis volumus Intercessorem; & certum est, nec unicum fore, qui negaturus sit nobis vel favorem vel fidem suam, apud infinitam Majestatem Dei. Quis diffitebitur, ipsum melius non facturum, nisi eligendo ceu Protectorem illum, quem viderit florere maximâ apud adorandam ipsius Majestatem gratiâ?

Conjice oculos in totam innumeram multitudinem Sanctorum, qui aulam conficiunt cœlestem: an unicus sit, qui majori valere videatur gratiâ apud Deum, quàm magus Sanctus Joseph? Ipse so-

lus electus & destinatus est in æternis decretis providentiæ DEI, ut esset caput familiæ sanctæ, quam majori, quàm centies millenos mundos, prosequitur amore: *Quem constituit Dominus super familiam suam*; Ipse est quem gratia alligavit inseparabiliter & proximè adorandæ personæ Filij Dei, velut umbram suo Corpori; Dico gratiam esse, quæ alligavit ipsum magis, quàm natura, eòquòd non existat pater ipsius naturalis. Quàm admirandum gratiæ privilegium, quo nec omnes Angeli, nec omnes homines digni fuere, quòdque collatum est Sancto Joseph, eòquòd præstiterit Filio Dei cuncta servitia, quæ remunerari pollicetur hominibus, si ea suis solammodò exhibuerint imaginibus, aut servis suis, amore sui: nam

Quando lego in Evangelio, quòd in fine sæculorum dicturus sit omnibus Electis suis: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi; Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: Sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram & collegistis me: nudus, & cooperastis me*; nõnne omnes Sancti fatēbuntur, nonnisi in solâ personâ Magni Sancti Joseph, & divinæ ipsius sponsæ, verificata esse hæc verba secundum literam; eòquòd nonnisi ipsis solis concessum fuerit exhibere ipsi immediatè in personâ

Sanctus Joseph est magnus amicus supremi Monachæ.

Matth. 25.  
v. 35.

Cui debeamus esse magis devoti.

Obsequia  
particula-  
ris, quæ ex-  
hibuit per-  
sonæ Salva-  
toris.

suâ omnia hæc perquam grata ob-  
sequia? O magnos amicos Dei!  
qui tam propè accesserunt ad perso-  
nam Supremi Monarchæ, quem  
tot Reges & Principes videre so-  
lummodò exoptârunt, & suo frau-  
dati sunt desiderio, quemque ma-  
gnus credentium Pater nonnisi vi-  
dit in spiritu, & summò exiâ re-  
pletus est cordis gaudiò!

Sanctus Joseph solus inter om-  
nes Sanctos accenseri meruit nu-  
mero Trinitatis creatæ, quæ non-  
nisi tres complectitur personas, JE-  
SUM, MARIAM, JOSEPH. MARIAM  
obtinere locum Dei Pa-  
tris, eòquòd tam verè sit Mater  
Filij sui Unigeniti, quàm Pater æ-  
ternus verus sit Pater ejusdem Filij;  
JESUS proprium suum tenet lo-  
cum, eòquòd eadem adoranda sit  
persona in Trinitate creatâ & in  
Trinitate increatâ; in Trinitate in-  
creatâ quidem inter Patrem & Spi-  
ritum Sanctum, & in Trinitate  
creatâ inter MARIAM & Joseph:  
Et Sanctus Joseph locum subit Spi-  
ritus Sancti, qui est tertia perso-  
na; Spiritus Sanctus est amor Pa-  
tris & Filij; & Sanctus Joseph et-  
iam est amor Matris & Filij; &  
omnes hæ tres personæ, quæ tam  
benè repræsentant Trinitatem, re-  
præsentant etiam Unitatem Dei,  
eòquòd omnes tres non habeant  
nisi cor unum & animam unam.  
An credis purum hominem altiùs  
attolli posse à Deo, aut sublimio-  
ris honoris illustrari splendore?

Sanctus Jo-  
seph est ter-  
tia persona  
Trinitatis  
creatæ.

Quòd Sanctissima Virgo tam  
propè illigata & conjuncta fuerit  
Filio Dei, aded mirum videri non  
debet, eòquòd, cum propria ip-  
sius sit Mater, gratiæ & natura duo  
fortissima fuerint vincula, quæ  
reddiderint ipsius unionem cum il-  
lo tam arctam, tamque necessa-  
riam, ut separari ab eo omninò  
non possit. Sed quod S. Joseph,  
qui non erat proprius ipsius Pater,  
insinuaverit se in unionem tam ar-  
ctam & propinquam, seque imme-  
diatè conjunxerit cum illo; quis  
abnuet, hoc puri favoris esse opus  
& consilium; summamque digni-  
tatem, quæ condecorare supremus  
Monarcha possit suorum servorum  
dilectissimum.

O Magne Sancte Joseph! Tu Potestas,  
videris nobis præcipuus & maximè quam habeo  
dilectus inter omnes amicos Dei; bar Sanctus  
tu possides cor ipsius, tu benignas Josephus  
facilesque tibi tenes aures ipsius, tu puerum  
plurimum familiaris es ipsi, tu in-  
timus es ipsi; tu es ille, cui sem-  
per majorem is concessit liberta-  
tem, imò etiam auctoritatem &  
potestatem; ipse tuam tot annis  
admissis directionem pro omni tuo  
arbitrio; Tu dicebas ipsi: fac hoc  
& fecit; ito illuc, & ivit; labora,  
& laboravit: quiesce, & quievit.  
Quanta Angelorum in cælo admi-  
ratio, quando viderunt obedire  
Deum voci hominis. Sed quid-  
nam admirandum magis erat, vel  
tua in ipsum potestas, vel subje-  
ctio,

Omnes  
Christi  
deberet  
esse de-  
erga  
gnum  
seph,

Opini  
There  
circa  
tioner  
ga Jan  
Joseph

3. T.  
in ca  
vita,

atio, quâ tuæ obtemperare voluit voluntati?

Omnes Christiani debent esse devoti erga Magnum S. Joseph.

Cum ergo, qui eligere sibi vult Patronum, protectorem & Intercessorem apud principem, melius facere non possit, quàm eligendo sibi illum, qui familiarissimus ipsi sit ac intimus; quomodo possibile sit, vel unicum in mundo esse Christianum, qui speciali omninò devotione addictus non sit Sancto & Magno Joseph? Sancta Theresia, cujus auctoritas tanta est in universâ Ecclesiâ, suadebat omnibus suis filiabus, ut præcipuâ devotione post JESUM & MARIAM prosequerentur Sanctum Joseph, asseverans, se nunquam aliquid petiisse per Intercessionem magni hujus sancti, quod non obtinuerit à Deo. Ut magis exstimularet ipsas ad specialem hanc devotionem exemplo suo, ædificari voluit primum Monasterium Reformationis suæ sub Nomine & patrocinio Sancti Joseph, illudque ipsius commendavit protectioni; & eventu quidem optimo, cum videre licuerit, quanta alia primum hoc mox exceperint; quamque secundos successus obtinuerint pia Seraphicæ hujus Matris consilia, per Intercessionem Magni hujus Sancti, quem noverat velut Omnipotentem apud Deum, ad obtinendum ab ipso omnia postulata. Dicit insuper in sexto capite vitæ suæ, quod, sicut Filius Dei nunquam aliquid negavit Sancto Joseph, dum vive-

A. P. Isaac. Consultat. Tom. III.

bat sub ipsius directione in terris, ita etiam nihil ipsi neget, modò regnans in cælo ad dexteram Patris sui, quidquid petierit pro nobis.

An credendum sit, quod minus ipsum amet in cælis, quàm amaverit in terris; cum elegerit sibi eum velut amicum intimum & familiarissimum, qui proximus semper esset lateri suo, ut omnia necessaria ab ipso reciperet servitia, & ipse reciprocè tenerrimas amicitia exhiberet illi notas ac tesseras, toto tempore vitæ suæ mortalis? An credendum sit, ipsum favores suos non amplius prosequi in cælis, habendo illum semper proximum personæ suæ, ut omnem huic cordis sui dilecto exhibeat benevolentiam, & munificè concedat omnia, quæ voluerit ab ipso postulare? si cui obreperet de hoc dubium, interrogarem ipsum, quid igitur commisit noxæ Sanctus Joseph, quod perdiderit favorem Dei sui, Filij sui? quâ igitur obstrinxit se culpâ, quod ipsius exciderit benevolentia? An ob innumera, quæ proprio Filio Dei, tantò cum fervore, tantâ cum humilitate, tamque involabili cum fidelitate exhibuit servitia? an propterea exutus est gratiâ, nec amplius meretur præcipuus ipsius dilectus & amicus esse in cælo, sicut extiterat in terrâ? quis est, qui ejusmodi non offendatur cogitatione?

Majori igitur pollet potestate, quàm unquam, & nunquam non

Re

polle-

S. Joseph non minus est specialis amicus JESU Christi in cælis, quàm fuerit in terris.

S. Theresia in capite 6. vitæ,

Gen. 41,

Antiquus  
Joseph Pharaoni  
charus sex eximia  
privilegia accepit  
ab ipso.

pollebit apud Deum, ad obtinendum omnia in favorem suorum clientum, invocantium se absque intermissione: Et unde ergò, quòd non omnes incessanter se prosternant ad pedes ipsius: Videtur invitare nos ipsemet Deus ad specialem hanc devotionem. Antiquus ille Joseph, qui nonnisi umbra & figura fuit Joseph nostri, tantis accumulatus fuit favoribus à Rege Pharaone, ut obtinuerit omnes prerogativas, omnesque gratias, quas aliquis princeps suo potest subdito impertiri. Ecce sex privilegia ipsi concessa, quæ sanè admiratione sunt digna. 1. Constituit ipsum universalem Præpositum totius domus suæ, dicens ipsi: Volo te absolutum esse Dominum in omnibus, nolens quidquam fieri, nisi quòd & sicut tu disposueris. 2. Creavit illum proregem totius Regni Ægypti, suisque mandavit subditis, ut omnem, quàm sibi met præstarent ipsi obedientiam. 3. Consignavit Regiæ suæ potestatis sigillum ipsius manibus, ac plenam concessit ipsi facultatem concedendi, firmandi, obsignandi omnes, quas voluerit gratias. 4. Fecit ipsum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti. 5. Voluit ipsum vocari Salvatorem mundi, suosque agnoscere subditos, quòd suam omnes ipsi deberent fa-

lutem. 6. Et denique remittebat ad Joseph, quisquis à se aliquid efflagitabat gratiæ: *Ita ad Joseph;* ut ipsa illius auctoritate obtentâ, omnes obstringerentur illi: *Ita ad Joseph, & quidquid dixerit vobis, facite;* & recipite ab ipso, quidquid dederit vobis.

Quid videre licet in hâc figurâ tam plenâ mysterijs circa Joseph Testamenti veteris, nisi vaticinium prodigiorum multò majorum, quæ implenda erant circa personam nostri Sancti Joseph in novo Testamento, cujus alter non erat, nisi imago quædam mortua? Fuit Pharaon, nonnisi Rex terræ, qui exaltare voluit antiquum Joseph; sed Deus est Omnipotens, qui novum hunc Joseph suis voluit accumulare favoribus. Nonne vides, quò modo constituerit illum Præpositum, & magnum familiæ Sanctæ Moderatorum, quòdque voluerit omnia obtemperare illi, etiam proprium Filium suum, qui non obtemperabat sibi metipso, nec obtemperare poterat, utpotè sibi æqualis secundum Divinitatem suam? Nonne vides, quòd elegerit ipsum velut Pro-Regem suum, volens ipsum suam repræsentare personam, superaddito privilegio portandi Nomen suum, & sortiendi appellationem Patris Unigeniti Filij sui? Nonne vides, quòd consignaverit ipsius manibus anulum suum signatorium, id est, Filium suum Unigenitum, qui est velut

Privilegia  
quæ Rex  
Regi concessit  
magno Sancto  
Joseph magis  
est laudanda  
miranda.

In  
pot  
stus  
in  
nec

velut sigillum summæ potestatis suæ, ad insinuandum nobis, quòd largiatur ipsi omnem potestatem tum impertiendi, tum obfirmandi quascunque gratias? Nonne vides, quòmodo publicari mandet in Evangelio per cuncta sæcula, quòd Sanctus Joseph existat Pater Regis Regum? *Erant Pater & Mater ejus mirantes.* Nonne vides, quòmodo appellari. Ratione quòdam ipsum velit Salvatorem mundi, eòquòd illum aliterit & conservaverit nobis, qui est salus omnium hominum? Et tandem, quòd complectitur omnia, si qui volent ab ipso obtinere gratias; *Ita ad Joseph*, sollicitandus est de super Joseph; ipse omni fruitur potestate penes supremum Regem, obtinendi ab eo, quidquid voluerit.

Ah! utinam possem hæc verba intonare auribus omnium Christianorum in universo mundo: *Ita ad Joseph*; recurrite ad Intercessionem magni hujus Amici DEI, Sancti Joseph. Toleratis forsitan persecutiones inimicorum salutis vestræ, vel gravem quandam tentationem, quæ periculo vestram exponat animam? *Ita ad Joseph.*

Invocari  
potest San-  
ctus Joseph  
in cunctis  
necessitati-  
bus.

Invocantur alij Sancti pro necessitatibus particularibus, quasi gratias & dona miraculorum inter se partirentur, & quivis non nisi limitatam suam haberet portionem; Sed Sanctus Josephus universale possidet remedium cunctis necessitati-

bus Corporis & animæ, absolutâ & omnimodâ pollens auctoritate apud Dominum nostrum. Hinc omnes, qui singulari prosequuntur ipsum honore & devotione, experiuntur, sicut Sancta Theresia, nihil unquam postulari à Deo, per sanctam ipsius Intercessionem, quòd non infallibiliter semper obtineatur.

Sunt, qui credant, Sanctum Joseph in cælo esse Corpore & animâ, unâ cum JESU CHRISTO, & Sanctissimâ Virgine, ut Trinitas creata completa sit in gloriâ, non minus quàm Increata. Gerson pius hic Cancellarius Universitatis Parisiensis pro certo tenet, Sanctum Joseph fuisse unum è Sanctis, quorum corpora resuscitata sunt tempore Passionis Salvatoris nostri, uti attestatur Sanctum Evangelium; tribus enim annis ante JESUM CHRISTUM jam cesserat fati. Et opinio est magis communis Doctorum Catholicorum, quòd omnes Sancti, qui ceperunt tunc vitam, quando Salvator pro ipsis dedit suam, mortui non fuerint secundâ vice, sed corpore, & animâ assumpti fuerint in cælum cum JESU CHRISTO in die admirabilis Ascensionis suæ. Sanctus Bernardinus Senensis dum prædicavit Paduæ, confirmavit hanc opinionem, è Cathedrâ dicens populo: *In animâ & Corpore Sanctus Joseph in cælis gloriosus est; in cujus veritatis testimonium, uti*

Probabile est, Sanctum Joseph Corpore & animâ esse in cælo.

Gerson;

Carthagenâ lib. 4. hom. 3. circa finem.

historia narrat, continuò visa fuit Crux quasi aurea super caput S. Bernardini, spectante eandem totâ coronâ populi.

Et tandem hoc est, quòd exlimalare fortiter omnes debet ad devotionem erga Sanctum Joseph, & animare Christianos, ut in cunctis necessitatibus confugiant ad ipsum. Verum enim est, uti dicit S. Bernardus, quòd JESUS CHRISTUS, qui est Advocatus noster apud Patrem suum, ostendat ipsi Sacratissima Vulnera sua, & adorandum suum pro salute nostrâ effusum Sanctissimam Virginem; quòd Sanctissima Virgo exhibeat Filio suo Unigenito gremium suum, Virginea ubera sua, lac dulcissimum, quo nutritivum ipsum in Infantia sua. Nonne adjungere nobis liceat, quòd Sanctus Josephus monstret Filio & Matri Sanctissimas manus suas, & sudorem, quem effudit laborando, ad comparandum ipsis victum & alimoniam in terris: Et si non immeritò dicatur, quòd Pater negare nihil possit dilectissimo Filio loquenti sibi per vulnera sua; nec Filius quidquam negare Charissimæ Matri suæ, roganti se per ubera sua; credendum non est, vel Filium, vel Matrem negare quidquam posse charissimo suo Joseph, obsecranti se per manus suas, quas tam studiosè devoverat ipsorum obsequijs toto tempore vitæ suæ.

Beatos igitur, & milles beatos, pro quibus voluerit Sanctus Joseph Deo suas offerre preces! quis enim dubitare potest, quòd manus Sancti Joseph, ubera MARIÆ, & vulnera JESU, suavem conficiant harmoniam, quæ oblectet Cor Dei, & obtineat ab ipso, quid quid voluerit? Sacra Scriptura dicit, quòd tres sint, qui testimonium reddant in cælo, Pater, Verbum & Spiritus Sanctus; tres etiam sint, qui testimonium reddant in terrâ, Spiritus, Sanguis & aqua; quòd plures exponunt de triplici Baptismo, qui referat nobis januam cæli, Sacramento, contritione & Martyrio. Luceat & mihi adjungere, quòd tres insuper sint, qui certum etiam testimonium reddant gloriæ Dei, & salutis fidelis alicujus animæ, sudor Sancti Joseph, lac MARIÆ, & sanguis adorandus JESU CHRISTI. Hic ergò ordo servandus nobis est in devotione nostrâ: Accedendum nobis omnibus est ad Sanctum Joseph: & per eum ad MARIAM charissimam ipsius sponsam, & per ambos ad JESUM Christum, ut omnes tres obtineant à Deo omnes gratias, necessarias nobis ad salutem nostram.

Hæc Coronis & conclusio erat totius Consultationis; & omnes, qui auscultaverant ipsam, recesserunt cum magnâ satisfactione, reportantes in suo animo majorem

JESUS, MARIÆ & Joseph tres potentes Intercessores sunt pro nobis, si mus ipsi devoti.

estimationem Excellentiarum Magni Sancti Joseph, & in corde suo nova propolita, majori dein-

ceps fervore ac zelo prosequendi devotionem erga Magnam hunc Sanctum.



## CONSULTATIO XI.

*Legatio cœlestis, ubi explanantur mysteria circa Annuntiationem Virginis Sanctissima.*



Apulimus circa meridiem in domo Regionis illius perquam amplâ & magnificâ, ubi invenimus duos juvenes nobiles malè accipientes bonum quendam, annis jam gravem famulum Dei. Videbantur hi sibi pollere ingenio, omnemque intendebant nervum, ut comparatâ sibi multâ rerum notitiâ, idoneos se redderent ad frequentandos omnis generis congressus, & jucundè conversandum cum personis cujuscunque tandem conditionis. Non erant profectò solidâ & fundamentali exornati scientiâ, eoque quod nunquam navare voluerint operam studijs scholasticis, quæ potius contemnebant summè, ita persuasi ex vituperio aliorum, falsâque imbuti opinione, illa non convenire nisi scholasticis, cum aliud non doceant, nisi artem disceptandi & contradicendi; eaque omnia, quæ docent, non habere

acceptam illam agendi rationem, quæ modò quæritur & amatur in Congressibus personarum illustrium.

Edocti fuerant aliud medium acquirendi summa scientiarum lumina, absque eo, quòd scholarum vel à longè salutârint limina; habebant persuasum sibi, non requiri aliud, nisi sedulam pulchrorum librorum lectionem, præcipuè eorum, quæ temporis accommodati sunt genio, & per hoc quantocyùs & absque difficultate se fore adornandos magnis tribus perfectionibus, quibus mox summam sibi compararent existimationem. Prima erat puritas & sermonis elegantia: Siquidem hoc tempore tam concinnè texuntur sermones, verbis tam idoneis, tam benè collocatis, tam fluidis, tamque blandis, ut libros novos lectitandò summè oblectetur animus ex omni eo, quòd dicunt, sive verum sit, sive falsum. Secunda erat, quòd absque ullâ laboris molestiâ

*Error nonnullorum, qui videri volunt docti, abs eo, quòd solide quid studuerint.*